

1672

Synodus Montis Falisci



RHSE 406740

B.2



*Ad Venerabilem Fratrem Laurentij*

CONSTITUTIONES  
SINODALES  
EMINENTISSIMI D. LAUDIVII  
LACCHIE  
Episcopi Montis Flasconis & Corneti  
Editæ die 20. 21. & 22 octobris 1622



liber 3 ex Parentijs.

## INDEX LOCUPLETISSIMVS Rerum in hoc volumine contentarum .

Prior numerus paginam indicat, posterior paragraphum in pagina ascriptum, sine respectu ad Capita .

### ALTARE.

**I**lius *structura* pag. 65. §. 7.  
& 8. *Ornatus*. *ibid.* §. 9.  
*Clericis committenda Altaria in*  
*Cathedr. Montisfalses* p. 80. §. 4.

### ARCHIVIVM

*Edificandum in singulis Eccle-*  
*sijs* p. 84. §. 6. *cum clauibus du-*  
*bus, & penes quos* p. 85. §. 7.

### ARCHIDIAC. & DECANI

*Eorū est ordinare qui Episcopo*  
*seruiant, & in alijs festis,* p. 79.  
§. 7. *Curam habent animarum*  
*in vtraq; Cathedrali* §. 8. *Capit-*  
*ulis cōgregādis presunt* §. 9. *itē*  
*choro* §. 2.

### BAPTISMVS.

*Oleum sacrum, & Chrisma*  
*unde asportandū* p. 25. §. 1. *vbi*  
*seruandum, & quomodo* §. 3. 4.  
p. 30. §. 32. & *dein.* *Quale de-*  
*bet esse baptisteriū,* p. 33. §. 2. &  
*dein.* *Baptismum obstetrices con-*  
*ferre nō possunt sine approbatione*  
*Episcopi* p. 34. §. 11. *Nec vllus*  
*alius Sacerdos sine licentia* §. 12.

### CAPELLÆ.

*Extra Urbem nullum debent*  
*altare habere* pag. 67. §. 1. *Non*  
*possunt extrui de nouo, sine licen-*  
*tia* §. 3. *Nec in aedibus priuato-*  
*rum* §. 5. *Nec potest in ijs Missa*  
*celebrari cū preiudicio Parochia*  
*§. 4. De iure Patronatus vide*  
p. 90. §. 1. & *deinceps.*

### CLERICVS

*Interesse nō potest Representa-*  
*tionibus, nec in illis recitare* p. 18.  
§. 2. *Exercere non potest Medi-*  
*cinam* p. 59. §. 6. *Superiores or-*  
*dines petiturus debet afferre testi-*  
*moniiū de vita, & moribus* p. 61.  
§. 1. *vbi habitu clericali* p. 72. §. 2.  
*Patrimonium sufficiens ad sacros*  
*ordines, sunt scuta annua* 30.  
*Immunitate gaudet forisacularis*  
p. 71. §. 4. & *vehigalium etiam*  
*solutione* §. 5. *tenetur inseruire*  
*alicui Ecclesie* p. 72. §. 1. *Nō po-*  
*test actiue agere coram iudice*  
*seculari* p. 73. §. 4. *arma illis pro-*  
*hibita, ibid.* §. 5. *de consura* §. 6. 7.  
*quoties debeat confitersi, & com-*  
*municare* §. 8. *a quibus libri ca-*  
*uendum sit y. discat musicum*  
p. 74.



p. 74. §. 10. Superpellicum in quibus casibus non gestandum ibid. §. 11. Quo habitu debeant uti in choro p. 74. §. 1. à quibus cauendum p. 74. §. 2. 3. Qua voce utendum inter cantandum, ibid. §. 6. Quis habeatur absens ab officijs p. 76. §. 11. Quomodo dicenda officia, & vespera §. 16. Qui possint abesse legitime p. 77. §. 2. & deinceps honore debent Clerici se inuicem prauentire pag. 85. §. 2. Caueant sibi à mulierum cobabitatione p. 90. cap. 41. Bona Clericorum non sunt offendenda, nec damna afficienda, sub pœnis grauissimis p. 92. §. 3. De eorum locatione, alienatione pag. 109. per totam. Clericorum blasphemantiũ pœna p. 112. §. 4. Testes Synodales p. 112. cap. 58. Iudices 113. cap. 59. Quo habitu debeant uti in Synodis Clerici p. 15. §. 2. Tenentur habere hoc volumẽ p. 116. §. 7. De residentia Canonici p. 83. §. 1.

#### CÆREMONIÆ

Magnificiende pag. 81. §. 1. illarum Magistri creandi, & qualiter ibid. illorum officium p. 82. per totam.

#### CONCIO.

Concionator quivis debet ab Episcopo approbati pag. 15. §. 2. Laicus esse non potest §. 3. nec Sacerdos secularis non habens eorum animarũ §. 4. tenetur emittre professionem fidei §. 6. De

quibus agere debent frequentius p. 6. tota. Quæ declinare p. 17. §. 16. p. 18. 7. Postquam non concionandũ p. 17. §. 4. Quæstuarij concionatores amouendi pag. 18. §. 19.

#### CONFIRMATIONIS

Sacramentum, quibus denegandum p. 35. §. 3. Quinam patrini esse possint §. 4. 5. De reliquis caremonijs deinceps, ibid.

#### CONFRATRES

Non tolerantur nisi aliquam regulam sequantur, vel alicui aggregati sint Cõfraternitati p. 10. §. 1. Reijciantur infames, & infra annũ ætatis 14. Tentacula qua, & quomodo inter Confratres facienda §. 5. Debent inuentariũ omnium rerum, & legatorum Episcopo deferre p. 111. §. 6.

#### CONGREGATIONI

Diocesane hanno da esser due p. 51. Si deue far ogni due mesi, ibid. Quali syno obligati ad andari ibid. nel fine; denono essere sei casi per volta p. 52. e non in altri giorni che feriali ibid. Non possono mangiare altroue, che in casa del Curato doue si fa p. 53. nel princ. si ha da cantare la Messa ibid. Gli ordini, e modo del præso ibid. nel fine. Ordine di sedere nella Congregatione p. 54. il modo di dire il parere p. 55.

DO-

DOCTRINA CHRISTIANA  
Institui debet pag. 8. §. 1. illũ frequentantiũ Indulgentia §. 7.

#### ECCLESIAE.

De vniuersa illorũ structura p. 64. per totam. Sacrarium quale esse debeat in vnaquaq; ibid. §. 6. De fenestris illarum §. 4. de ostijs 5. aqua quoties benedicenda, & quomodo offeruanda p. 65. 13. Deambulationes, & strepitus in ijs vitandi p. 68. §. 2. Exterminanda militum, & armatorum ab ijs festis §. 4. adificia adherentia, ad usum foridum, vel meretricibus non concedantur, ibid. §. 9. 14. per 30. passus nulla contentio ferenda §. 13. nec cadauerum inspectio, vel examen §. 7. de lure patronatus, vide p. 90. §. 1.

#### EVCHARISTIA

Quomodo conseruanda in Ecclesia p. 36. §. 1. In vasis argenteis, & quali forma p. 37 §. 6. De Conopceis tabernaculi p. 37. §. 11. Baldacino §. 14. De lapidibus qua ante illam ardere debent numero impari p. 37. §. 15. Particula non debent ab alio quã Clerico confici p. 38. §. 28. De apparatu deferendi Sacramentũ p. 38. §. 18. & dein. de modo administrandi extra missam §. 31. de modo, & apparatu deferendi ad infirmos in vrbe p. 40. §. 43. extra urbem §. 52. tunc portada in bursa, & quali, p. 37. §. 13. Ora-

tio quadraginta horarum quomodo, & quando facienda p. 41. §. 58.

#### EXTREMA VNCTIO.

Quomodo administranda p. 60. per totum. Quibus deneganda, ibid. §. 3.

#### EXCOMMVNICATIO.

Excommunicatur, vel excommunicabuntur.

Qui non denunciant Hereticos, & eorum libros habent, 3. p. 4. §. 7. Laici, & mulieres, qui distulant de materijs fidei p. 5. §. 6. Domini temporales, & ministri, qui se miscnt causis fidei §. 7. Vicarij foranes Iudices, Notarij, & ceteri qui non seruant secretũ in causis ijsdem §. 8. Libros de demonum responsis habentes p. 5. §. 3. Impedientes Inquisitionem p. 7. §. 11. admittentes laicos in causis illius §. 12. Qui diuinationis, sortilegio &c. attendunt, p. 13. §. 2. abutentes sacramentis, & sacramentalibus §. 3. & quibus non accusant, ibid. Qui Demonum responsa exposcunt, p. 14. §. 6. Immolantes Daemonibus, auxiliũ ab eis postulantes §. 10. Abutentes sacris oleis, p. 76. §. 7. Qui sacramentalia, vel sacramenta ad malum finem dant, p. 30. §. 30. Clandestina matrimonia contrahentes, & eorum conscij, &c. p. 62. 1. Qui per 30 passus circũ Ecclesias arma stringunt, &c.

b 2

p. 9.

p. 69. §. 13. *Qui violant immunitatem Ecclesiasticam* p. 70. §. 1. p. 71. §. 4. §. 6. *Qui scripturas, vel aliud ex archiuo surripuerint,* pag. 85 §. 6. *Qui Clericos verberant,* inter ipsos iurgia excitant, &c. p. 92. §. 1. *Qui damnum dant Clericorum bonis,* & executionem contra illos impediunt p. 92. §. 5. p. 93. §. 6. *Qui sine pretio nolūt sepelire pauperes,* p. 98. §. 1. *Qui hereticos Ecclesiastica sepultura tumultāt,* ibid. *Qui conficiunt scripturas vsurā redolentes* p. 103. §. 12. *Qui iurisdictionem Ecclesiasticam impediunt,* p. 105. §. 4.

#### FIDES.

*Qui teneantur illam profiteri* pag. 1. & 2. *Formula professionis* 2. & deinceps. *In causis fidei quinam actores esse debeant,* & possint, pag. 6. §. 3.

#### FESTIS DIEBUS

*Ad quid populus teneatur* p. 19. §. 1. *Qua prohibeantur* §. 3. 4. 5. *Festorum Catalogus* p. 21. & deinceps. *quid certis aliquibus diebus faciendū* p. 26. §. 8. & deinceps. *illarū caeremoniarū explicatio* p. 31. §. 38.

#### FORVM ECCLESIAST.

*Tenantur agnoscere,* & in illo agere administratores Hospitaliū, & aliorū locorum piorum p. 104. §. 2. *In illo possunt Clerici*

*conuenire laicos* §. 3. *in eo notarij tenentur prestare iuramentum,* p. 105. §. 6. *Originales scripturae nulli dentur* §. 7. *Quos libros notarij debeant habere,* & quo ordine §. 8. *Taxa* p. 129. *Nullus ex familia Episcopi potest causam agere in foro Ecclesiastico* p. 105. §. 10. *De Notariorum officio in vniuersum* p. 114. cap. 61.

#### HÆRETICI

*Denunciandi Episcopo, vel Vicario* pag. 4. §. 1. *Qui heretici habendi sint,* ibid. §. 2. *Nemo ijs patrocinari potest* p. 6. §. 2.

#### HOSPITALE.

*Mulieres à viris separanda,* p. 106. §. 2. *Quibus claudendum sit* §. 3. & 4. *Administrator debet emittere iuramentum fidelitatis,* p. 107. §. 8. *Reddere rationem* §. 9. *De gli Officiali dell' hosped.* p. 117. *Della Congregazione sopra il gouerno di esso,* p. 118. *Dell' offitio dei Santesi,* ibid. *Dell' offitio del Depositario* 119. *Dell' offit. del Fattore* ibid. & 120. *De gli Seruenti* 121. *De gli Visitatori* ibid. *Del Capellano* 122. *Dell' Infermaria* ibid. *Modo di gouernar l' entrate* 122. *Modo di spenderle* 123. *Modo di conceder doti, & elemosine* 124. *Modo di saldare i conti* ibid. *Editto*

*Editto sopra il modo di far i Capitoli* 125. *Ordini generali per tutte le Compagnie della Diocesi* 127.

#### IEIUNIUM.

*Qui excusentur, & quomodo,* p. 21. §. 13. *Quinam dies obseruandi sint,* p. 10. 10. *Ieiunandum ex deuotione suadet in vigilijs Titulariū Ecclesia, vel Ciuitatis propria,* p. 20. 17.

#### IMAGINES.

*Nulla exponenda publice sine licentia Episcopi, vel Vicarij,* p. 12. §. 7. *Quanam delenda, & reijcienda sint è Templis* §. 3. 4. 5.

#### IMMUNITATE

*Ecclesiastica, gaudet Ecclesia, Oratoria, Sacella, Monasteria, &c.* pag. 10. §. 2. *Facinorosis quibusdam non auxiliabitur* §. 71.

#### INQUISITIO.

*Instituenda,* pag. 6. §. 1. *De auctoritate Inquisitorum, officio, & priuilegijs,* p. 7. §. 9. & deinceps.

#### LIBRI PROHIBITI.

*Non retinendi* p. 5. *Liber nullus vèdi potest nisi approbatus ab Episcopo, vel Vicario* p. 5. 4. *Qui alij libri non possint haberi sine licentia Episcopi,* p. 6. §. 7. & 8. *Libri Astrologia iudiciaria legi non possunt, nec haberi,* pag. 14. 9.

#### MAGISTRI GRAMMAT.

*Debent emittere professionem Fidei,* p. 2. *Docere Doctrinam Christianam* pag. 8. 6. p. 9. 2. p. 10. 4. *à quibus libris debeant cauere* p. 9. 3.

#### MATRIMONIUM.

*Non potest contrahi à rudibus Doctrina Christiana,* pag. 9. §. 9. *non nisi in Parochiali sponsa, & horis ante meridianis,* pag. 62. 3. *Denunciationes premittenda,* p. 63. 7. *in librum referenda* §. 13. *De quibus monedi sponsi* p. 62. 4. *Mulierum purificatio post partū, non est certis diebus, vel horis facienda* p. 91. cap. 43.

#### MEDICI

*Debent emittere professionem fidei* pag. 2. *Medicina ab ijs non approbata, reijcienda sunt,* p. 13. 4. *non possunt ingredi Monasteria Monialium sine licentia in scriptis,* p. 59. 3. *Debent habere indice librorum prohibitorum* p. 60. 8. *Quomodo debeant visitare Moniales,* p. 96. 5.

#### MONIALES.

*In earum Templis nemo Concionari potest sine licentia,* p. 15. 5. *Quis numerus in vnoquoq; Monasterio esse debeat,* p. 93. 2. *Proprietatis labes etiam minima eliminanda,* p. 95. 3. *Non dandos aditus ad consabulationes, nisi raro, & valde sanguine iunctis, nec tamen omni tempore,* pag. 95. 4. *Longius ab earū Monasterijs infames persona amouenda.* p. 96. 7.

MONS

**MONS PIETATIS.**

Quomodo administrandus, p. 103. cap. 52. per totum.

**MIRACULA**

Non vulganda sine approbatione Episcopi p. 12. 7.

**MISSA.**

Quomodo solemniter celebranda, p. 42. §. 1. & quibus ministrantibus, ibid. & deinceps. Non potest in Oratorijs celebrari ante finem Parochialis Missae, p. 43. 13. Quae observanda ante illam p. 44. 21. In ipsa §. 26. de sacris vestibus Sacerdotum §. 30. de hora, & loco p. 45. 41. Qui, & quoties teneatur illa celebrare, p. 46. 21. Qui, & quando debeant seruire p. 80. 5. Ekeomyse, pro Missa quales accipiendae, pag. 45. 53. Quomodo auscultanda a laicis p. 45. 37. non potest celebrari in oratorijs p. 67. 4. Quid si Episc. celebrat p. 42. 9. & p. 86. 5. Tempore Missae, & officiorum non debet haberi Capitulum p. 84. 2. nec permittenda ad citare elemosynarum petitiones p. 102. 4.

**NOTARIJ**

Hareticis fauente sunt infames ipso iure, p. 5. §. 9. tenentur secreto §. 8. pag. 6. 5. De Notarijs Curiae Ecclesiasticae vide Forum. De Notarijs in vniuersu p. 114. cap. 61.

**ORDO.**

Quibus negandus p. 61. §. 1. & deinceps usque ad 5. Formula fa-

ciendarum denunciationum à Parochis, pag. 62. 9. Examinatores ordinandorum, p. 112. cap. 60.

**PAROCHVS**

Tenetur docere fidei principia, quando, & quomodo, pag. 8. §. 7. Debet visitare pauperum scholas, p. 10. 7. p. 88. 9. Legere Bullam, Synodalem Constit. & Casus Reservatos vulgari sermone inter Missam, p. 42. 90. 17. Quomodo se debeat gerere erga inermos, p. 77. 3. & deinceps. p. 88. 5. Erga Parochum proximū infirmum, p. 28. 14. Quomodo administranda Sacramenta, p. 28. 15. & deinceps. Nihil debet accipere pro sacramentorum administratione p. 28. 28. Quid observandum in benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum, & lustratione adiuum Sabbatho sancto p. 31. 38. & deinceps. p. 82. per totam. Quomodo se gerat erga non communicantes in Paschate, p. 39. 42. debet moneri populum de confessione circa Pascha p. 49. 17. quibus diebus debeat herere in Confessionarijs, ibid. 15. pag. 88. 6. Quomodo debeat administrare extremam unctionem, p. 60. per totam. Tenentur denunciare ordinandos p. 62. 9. Formula habetur 134. Parochus iure diuino tenetur residere p. 83. 2. non gaudent fructibus suis eo tempore quo abest, ibid. Si casus necessitatis ingruat Episc. statim indicet §. 3.

Te-

Tenetur habitare in aedibus parochialibus §. 6. Si quis sine vltio Sacramento decedat tenetur monere Episcopum p. 88. 4. Quae vitia debeat ad eundem deferre §. 7. Non licet illi sine licentia Episc. exorcizare §. 8. Tenetur scribere in libro, quoties, & qua obligatione celebret, p. 89. 12. debet habere clericum substitutum, & quomodo p. 89. 16. Quos libros teneatur habere, p. 90. 18. Decimarum exactio illi committatur, p. 99. & 100. per totam.

**PAUPERES**

Non obuertent per Ecclesiam, p. 68. 3. De Hospitalibus. vide superius.

**POENITENTIA.**

Quid faciendum ante illius administrationem, p. 47. 1. Nemo audire confessiones potest, nisi approbatus ab Episcopo, nisi sit Parochus, §. 2. Utendum superpelliceis, & stola, nisi confessarij sint Regulares §. 3. Caput tegendum à Sacerdote, & sedendum §. 4. Mulieres non audienda nimis mane, vel sera §. 6. quales debeant iniungi Poenitentiae, p. 48. 11. p. 49. 15. Quibus deneganda absolutio, p. 49. 14. Nihil mercedis nomine potest accipi à poenitentibus, p. 50. 18. Quomodo audienda confessiones in domibus priuatorum §. 12. Si quid restituendum sit occulte, Vicario debet consignari 23. Casus Reservati p. 57. & 58.

**PROCESSIO.**

Ius illius indicenda apud Episc. p. 97. 1. Tenentur omnes interesse Clerici, & Regulares, qui baculus consueuerunt p. 97. 1. Illius ordinanda cura spectat ad Capita Ecclesiarum cum Magistro Caramoniarum §. 2. Crucem non nisi Clericus debet praeferre §. 6. Viri separatim incedant à mulieribus §. 5.

**RELIQUIÆ SS.**

Non debent tangi à laicis p. 11. §. 4. 5. Nec deforri, vel haberi domi §. 6. Examinanda, & approbanda ab Episcopo §. 7. illarum catalogus exponendus in templo, et seruandus in archiuo §. 8. & 9.

**RELIGIOSI**

Subiecti inquisitionibus p. 7. 10. Concionari non possunt sine licentia Episcopi, p. 15. 2. aut benedictione. Subiiciuntur Episc. poenis multis in casibus, p. 93. 2. debent obseruare Episcoporum Interdicta, & festa indicta p. 94. 4. Causae Inquisitionis pertinent ad Episc. p. 94. 7. Habitum Eremitarum sine licentia nemo potest assumere, 93. 8.

**SAGRA SCRIPTVRA**

Non habenda vulgari sermone p. 6. 7. Non adhibenda illius verba otiose, vel sacrilege, p. 7. cap. 5.

SA-

**SACRAMENTA.**  
*Administranda iuxta Ritus  
Romanae Ecclesiae. p. 26. 1.*

**SACRAMENTALIA.**  
*Adbibita ad usum m. lum.,  
pag. 13. 3. Aqua benedicta quā-  
do, & quo modo consecranda, pag.  
8., 13.*

**SUPERSTITIO.**  
*Qua hoc nomine comprimen-  
dantur p. 13. 2. subexcommuni-  
catione prohibita §. 2. Numerus  
candelarum certus, &c. supersti-  
tiosus est, p. 14. 7.*

**SACERDOS**  
*Peregrinus quando admitten-  
dus ad celebrationē, p. 45. §. 46.*

**SACRISTA**  
*Montis sacrosancti debet habere  
substitutum de eius conditioni-  
bus §. 5. pag. 80. Clericis commit-  
tere debet singulis singula Altaria  
p. 8. 4. Non potest nisi Canoni-  
cus esse, p. 81. 6. Alij tenentur  
omnia per seipos implere §. 7.  
Non debet abesse ab Ecclesia dum  
officia diuina celebrantur, pag. 43.  
13. Quibus casibus, & quomodo  
possint Ecclesiarum suppellectilem*

*commodare, p. 81. 8. debent dare  
signum Salutationis Angelicae ter-  
tin die, p. 86. 7.*

**SAGRISTIA**  
*Solis Clericis debet patere p. 67.  
14. Quae requirantur ad lau-  
das manus, ibid. Planetarum,  
bursarum, & reliqua suppellectilis  
vniuersae exactus numerus, &  
colores, p. 66. per totam. In ea  
seruandum semper silentium,  
p. 69. 15.*

**SEPULTURA.**  
*Pauperibus etiam gratis con-  
cedenda, p. 98. §. 1. Nouum sepul-  
chrum sine licentia non apertien-  
dum §. 2. Quibus danda, vel de-  
neganda elemosina §. 3. Priuā-  
tur sepultura qui in Paschate nō  
communicāt p. 99. 6. Cadauera  
domo non extrahantur absente  
Parocho, p. 99. 7. Quibus non  
debet d. bita pars elemosina ne-  
gari, etiam si extra Parochiam  
sepeliantur §. 8.*

**VSVRA.**  
*Contractus à godere, & godere  
usurarius est, p. 103. 7. alij con-  
tractus illiciti, pag. 102. cap. 51.  
per totum.*

De

**De summa Trinitate, & Fide Catholica, & Fidei  
professione. Cap. I.**



**M**VM, iuxta Ioannis Apostoli pronunciatum, <sup>5. loc. c. 1.</sup>  
tres sint qui testimonium dant in Cælo, Pater,  
& Filius, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sint,  
statimq; ab eodem Apostolo subiungatur, tres  
etiam esse, qui testimonium dant in terra, Spi-  
ritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres vnum sint,  
monemur nos debere non solum firmiter cre-  
dere, & fideliter confiteri summam, & indiuiduam Trinitatem,  
Patrem scilicet, & Filium, & Spiritum Sanctum, tres quidem per-  
sonas, sed vnam essentiam, substantiam, seu naturam simplicem,  
omnino, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud  
inueniri nō potest, & quæ Trinitas à sacris Canonibus appellatur;  
Vna quædam summa res, incomprehensibilis, & ineffabilis, non-  
generans, neq; genita, nec procedens, est enim Pater qui generat,  
& Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus, qui procedit, adeo vt di-  
stinctio sit in personis, & vnitas in natura; sed etiam credere, & con-  
fiteri vnigenitum Dei Filium Iesum Christum, à tota Trinitate com-  
muniter incarnatum, ex Maria semper Virgine, Spiritu Sancto co-  
operante, conceptum, verum hominem factum, ex anima rationali, &  
humana carne compositum, vnam in duabus naturis personam, viam  
vitæ manifestius demonstrasse, secundum diuinitatem, immortalem,  
& impassibilem, secundum humanitatem factum passibilem, & morta-  
lem, qui dum versabatur in terra cum hominibus, ad Patrem pro  
nobis orans dixit. Volo, vt ipsi sint vnum in nobis, sicut, & nos vnū  
sumus, quod quidem quo ad nos fideles accipitur, vt intelligatur  
vno in Catholica, & Orthodoxa fide, quo ad personas vero diuinas,  
vt attendatur identitatis vnitas in natura. Quare cū id omne non  
solum corde, sed etiam verbis exequi, conueniens, & necessarium sit;  
Mandamus, quod vltra illos, qui ex præscripto Synodi, sub Reueren-  
dissimo D. Episcopo Bentiuolo celebratæ professionem Fidei iuxta  
tenorem Constitutionis fel. rec. Pij Papæ Quarti emittente tenentur,  
cæteri etiam omnes infra scripti, coram Nobis, seu Vicario nostro  
Generali eandem Fidei professionem faciant.

Omnes tam Sacerdotes, quam Clerici, qui in hanc Diocesanam  
Synodum conuenient, antequam Synodus ipsa absoluetur.

A Item

Item Vicarius noster Generalis, ceteriq; Curiaē nostrae officiales: Procuratores, & Aduocati in eadem Curia patrocinatores, praesertim si reos in causis fidei tueantur.

Quicumq; Ecclesiastica beneficia curam animarum habentia, & dignitates, & Canonicatus in Cathedralibus, Ciuitatū, & Diocesis nostrarum obtinuerint, infra duos menses, à die adeptae possessionis eandem fidei professionem emittant, sub pena amissionis fructuum.

Commendatarij quicumq; fuerint, & de quibusuis Ecclesijs in Commendam prouisi, cuiuslibet ordinis, tituli, & militiae sint.

Concionatores tam Sæculares, quam Regulares prædicandi officium in quacumq; Ecclesia nostrae Diocesis obeuntes, nec nõ Sacerdotes ad curam Monialium electi; item Ludimagistri, & Medici, prout inferius in titulis proprijs disponemus.

*Formula Professionis Fidei.*

**E**GO N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quae continentur in Symbolo fidei, videlicet.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem Cæli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum, Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine. Et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in Cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & viuificantem. Qui ex Patre, Filioq; procedit.

Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, Qui locutus est per Prophetas; Et vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, Et vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesiae obseruationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector.

Item

Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum, accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoq; septem esse verè, & propriè Sacramenta nouae legis, a Iesu Christo Domino nostro instituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet, Baptismū, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vñtionem, Ordinē, & Matrimonium, illaq; gratiam cōferre, & ex his Baptismū, & Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoq; & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum Sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula, quae de peccato originali, & iustificatione, à sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deum verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis, & defunctis. Atq; in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vnà cum anima, & diuinitate, Domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionem totius substantiae panis in corpus, & totius substantiae vini in sanguinem: quam conuersionem, Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie, totum, atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detētas, fidelium suffragijs iuuari. Similiter, & Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre: atq; eorum reliquias esse venerandas. firmissimè assero imagines Christi, ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atq; eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia fuisse relictam, illarumq; vsum Christiano Populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & magistram agnosco. Romanoq; Pontifici Beati Petri Apostolorū Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cetera item omnia, à sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitater recipio, ac profiteor, simulq; contraria omnia, atq; hereses quascumq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas ego

A 2 pariter

4  
pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præfenti spôtè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsq; ad extremum vitæ spiritum constantissimè, Deo adiuuante, retinere, & confiteri, atq; à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me, in munere meo, spectabit, teneri, doceri, prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Amen.

*De Hæreticis, & de Hæresi suspectis denunciandis. Cap. II.*

1. **Q**uamuis pro summa Dei gratia, in nostra Diocesi Fides Catholica omninò pura, sinceraq; conseruetur, tamen cum hæresis sit nimis impia, & Euangelicæ veritatis inimica, quæq; non portionem aliquam ledere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere, mandamus ex sacrorum Conciliorû, & litterarum Apostolicarû præscripto omnibus, tam Clericis, quam laicis quibuscumq; , vt si quos in nostris Ciuitatibus, & Diocesi Hæreticos, aut de hæresi suspectos, eorundè sectatores, fautores, defensores, vel tandem ipsorum libros apostolica autoritate prohibitos, legentes, aut retinentes, nouerint, Nobis, vel Vicario nostro Generali quamprimum, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, denuntient.

2. Qui sacram Communionem, vltra annum distulerit, & qui in excommunicatione, neglecta absolutionis cura, permãserit, vel qui statutis ab Ecclesia temporibus, cibis vetitis, sine rationabili causa, & nostra licentia vescuntur, si semel correcti, non resipuerint, tamquam de hæresi suspecti habendi sunt.

3. Parochi de supradictis ad hæresim spectatibus singulo quoque anno, populum moneant. Quod si denunciaturi legitimè impediti, aut mulieres fuerint, denunciationes secretissimè recipiant, & sub sigillo ad Nos transmittant.

4. Curent Parochi exactissimè inuestigare, an illi, qui tanquam recenter ad fidem conuersi, quæstuari gratia per Oppida diuagantur, suspectos se se de fide reddant, cum sepe nonnullos sub pelle ouina, lupi officium exercere ad fidelium perniciem compertum fuerit, & si quid tale inuenerint, illis retentis, statim nos certiores faciant.

5. Ad Parochos etiam pertinebit curare, ne Cingari, vagum hominum genus, sortilegijs, chiromantijs, alijs vetitis, seu superstitiosis artibus

5  
artibus fideles simplices decipiant, præterea inquirere an dicti Cingari Catholicæ Religionis signa demonstrent, videlicet an in Paschate, sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, & alijs temporibus alia Sacramenta recipiant, ecclesiasticisq; præceptis obtemperent, & si culpabiles illos compererint ad Nos scribant.

6. Laici, Mulieres præsertim, nec publicè, nec priuatim de Fide Catholica disputent, sed Ecclesiæ iudicio acquiescant, sub excommunicationis pœna latæ sententiæ.

7. Domini temporales, & eorum Ministri, in causis fidei nè se immisceant, sed tantum requisiti, Curia nostræ auxilium omne exhibeant, & renuentes id facere, vel aliquatenus nostros officiales impediendo, Canonis excommunicatione nouerint se esse innodatos.

8. Iudices, Notarij, & quicumq; Ministri in causis fidei, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ secretum seruent, quod idem ad Vicarios Foraneos circa denunciationes per ipsos recipiendas extendatur.

9. Notarij, & Aduocati hæreticis, vel eorû defensoribus fauentes, vel pro eis instrumenta consicientes, sunt ipso iure infames, & ab officio suspensi.

*De Libris prohibitis. Cap. III.*

1. **Q**uicumq; libros hæreticorum, aut de hæresi suspectorum, quouis modo legerit, apud se tenuerit, aut impresserit, aut venales habuerit, excommunicationem Papalem incurrit.

2. Legentes, & retinentes alios libros comprehensos in Indice librorum prohibitorum, præter peccati mortalis reatum, nouerint se arbitrio nostro seuerè esse puniendos.

3. Libros de Dæmonum responsis, & similibus tractantes, apud se retinentes incidunt in excommunicationem.

4. Nemini libros venales habere, aut per Ciuitates, & Castra circumferre liceat, nisi eorum Indicem Nobis, vel Visario nostro ostenderit, & licentiam vendendi obtinuerit.

5. Hæredes, seu vltimarum voluntatum executores, indicem omnium librorum in hæreditate relictorum, Nobis tradere teneantur, neq; illos sine nostra licentia alienent, aut ijs vtantur, alioquin seuerè punientur.

6. Renouamus cõstitutionem Reuerendiss. D. Episcopi Bentiuoli, quod omnes Iuris periti, Medici, Ludimagistri, & alij libros habentes, omnium

e. vi inquisitionis de heres. in 6.

omnium suorum librorum indicem, infra duorum mensium spatiū, ab harum Constitutionum promulgatione integrè, & fideliter ad Nos referant.

7 Biblia, & Testamentum nouum in italicum sermonem translātū, & libri controuersias Catholicorum, & hæreticorum continentes, cōmuni item lingua conscripti, absq; nostra licētia non retineātur.

8 Nec non libri de offitio, & precibus Beatæ Mariæ Virginis vulgariter, vel italicè, vel hispanicè, vel gallicè, vel germanicè, vel partim latino, vel partim vulgari sermone expressi, venales non proponantur, neq; vendantur.

*De Sacrosancta Inquisitione. Cap. IIII.*

1. SACRÆ Inquisitionis Congregatio, à Nobis instituenda erit, quæ certo Virorum numero, à Nobis designando cōstabit, qui ad causarum consultationem adhibēdi erunt. Hæc congregatio semel in singulos menses conuocetur, & crebrius si opus fuerit. In ea nihil agatur, nisi quod ad eiusdem sanctæ Inquisitionis officium pertinet. Omnes in ea admissi secretum iurent.

2. Sciant Aduocati, & Procuratores non posse se patrocinari hæreticis, neq; de hæresi suspectis, neq; credentibus, neq; fautoribus, aliàs ex constitutione Innocentij Tertij ab offitio suspensi perpetuæ infamiae subiacebunt, ideo si in patrocinando aliquo modo cognouerint reum esse suspectum de hæresi, relinquant defensionem, & Iudici denuntient.

3. Aduocatus, & Procurator quando in causis sanctæ Inquisitionis dandus est, sit probus, & fidei zelator, quiq; numquam de hæresi suspectus fuerit. Et postquam patrocinium susceperit, sciat suas partes esse, admonere reum, vt veritatē confiteatur, penitentiamq; petat pro culpa, si quam habet, eiusq; responsonem Curæ notificare, vel intimare.

4. Aduocati causarum offitij sanctæ Inquisitionis, fidei professionem præstent.

5. Notarij in causis dicti sancti offitij iurent, se nec causarum acta, nec testium nomina, neque testificationes, aliudue quicquam eius generis patefacturos, antequam Index ipse patefecerit.

6. Quicumq; aliquem Inquisitorem, Aduocatam, Procuratorem, Notarium, aliumue Ministrum sanctæ Inquisitionis, aut accusatorē, aut testem in causa fidei perterrefecerit, occiderit, vel verberauerit,

excom-

excommunicationem, incurrit, Papæ reseruatam.

7. Nomina tam accusantium, quam testificantium in causis fidei nullatenus publicētur, & adhibeatur nihilominus dictis huiusmodi testium, plena fides. Immo in negotio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, excommunicati participes, & socij criminis admittantur in testes contra inquisitos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere.

8. Confessarius exquirat semper, an penitens aliquid habeat, quod ad sanctæ Inquisitionis officium sit deferendū, ab ipso penitente.

9. Inquisitores possunt cogere quoscumq; Magistratus, & officiales ad eorum sententias exequendas, & compellere quoscumq; ad sibi exhibendum scripturas ad officium sanctæ Inquisitionis spectantes.

10. Inquisitores possunt procedere in causis fidei contra quoscumque Regulares, & Religiosos, quoquomodo priuilegiatos, & exemptos. Neq; eorum Superiores possunt se immiscere in huiusmodi causis. Comprehenduntur in hoc etiam prædicatores, prædicantes, aut proponentes scandalosas propositiones.

11. Impediens Inquisitores in eorum officio, aut in causis Inquisitionis se ingerens, incurrit excommunicationem Papalem.

12. Inquisitores non permittant laicos secum quomodocumq; in his causis cognoscere, aut iudicare, alioquin excommunicationem Papalem incurrant.

13. Indulgentiam plenariam Inquisitores, Notarij, socij, fautores, & in prosecutione negotij fidei decedentes, consequuntur.

14. In causis sanctæ Inquisitionis, Iudices, & officiales, gratis omnia expendant.

*De Abutentibus verbis sacra Scriptura. Cap. V.*

Non longè ab hæreticæ prauitatis suspicione abesse videntur ij, qui sacrarum scripturarum verba, aut sententias omni veneratione colendas, ad obscenos, ridiculos, & profanos sensus traducunt; propterea sacrilegam hoc genus hominum sæpe detestentur Parochi, & quos contrauenire cognouerint, nobis detegant, sacri Concilij Tridentini, aliarum Constitutionum penis, & arbitrio nostro puniendos seruato tamen prius ordine correctionis fraternæ. Quod diligentius in ijs, qui sacra huiusmodi verba ad errores ab Ecclesia damnatos comprobandos, ad detractiones, superstitiones, incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos vsurpauerint, obseruare curabunt.

§. 4.

De Fi-

*De Fidei initijs, à Parocho explicandis. Cap. VI.*

1. **C**um Deo iuuante in nostris Ciuitatibus & Diocesi sodalitas Doctrinæ Christianæ constituta sit, volumus quod ad eam Dominicis diebus in Cathedralibus, & Parochialibus Ecclesijs conueniant omnes Curati, & Clerici tam maiorum, quam minorum ordinum, & signo campanæ dato, pueros, & alios rudes inuitent, trahant, fidei rudimenta, obedientiam erga Deum, & Parentes, diligenter, & sub grauissimis penis doceant, & idem Patrum, Compatrium, & Præceptorum onus esse, sæpe populum moneant.

2. Indulgentiarum, quæ à Pio V., & à Paulo V. felicium recordationum concessæ sunt ijs sodalitatibus, donum, quotannis in Natalijs D.N. Iesu Christi, per Parochos frequenti populo promulgetur, ita enim maiorem, in dies, concursum ad hanc doctrinam Christianam, futurum esse, ad eiusq; studium vehementius fideles excitandos, speramus.

3. Studeant Parochi quam plurimos cuiusuis conditionis, status, & ætatis homines probatos, tum mares, tum fœminas his sodalitatibus adscribi, adscriptosq; operam illis nauare, vt Indulgentiarum participes fiant.

4. Quibus in locis sodalitas huiusmodi instituta non est, & institui non potest, duo homines à Curato deligantur auctoritate grauioribus, qui pro Christiana pietate, pueros ad se inducant Dominicis diebus, vt in Ecclesia fidei initijs imbuantur.

5. Sciant Parentes, quod infantes, & pueri bonis moribus, & exercitijs educati, quasi semper vitam pudicam, honestam, & exemplarem, & aliquando sanctam agunt: è conuerso autem, qui parentum orbitate, vel eorum incuria, aut ignauia, non sint educati, per sæpe ducuntur damnationis in exitium. Monemus igitur omnes, hortamurq; in Domino patres, matres, cæterosq; qui curam paternam habent, vt filios, filias, & famulos ad hanc Doctrinæ Christianæ exercitationem mittant, vel si possunt, etiam ducant.

6. In Scholis Magistri Grammaticos, hanc Doctrinam Christianam, bonosq; mores pueros doceant, & Dominicis diebus in Ecclesijs ad hoc opus peragendum, cum Parochis conueniant.

7. Parochi die festo inter Missarum solemnias, quatuor fidei elementa accomodatè explicent, videlicet, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Fidei, & decem Decalogi præcepta. Qua in re, Cathedris Romano ordinatim vtantur.

8. Confessarijs omnibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, vt antequam confessiones audiant, faciant à personis idiotis dicta quatuor fidei capita recitari, & si horum ignaros offenderint, hanc eorum spiritualem fœcordiam acriter reprehendant, ostendantq; quam grauis esse debeat illorum conscientie ignoratio rerum, quæ ad salutem tantoperè necessariæ sunt. Cum autem eos absoluunt, præter alias penitentias, id etiam imponant, vt dicta quatuor elementa, certo præfinito tempore ediscant. Eò vero spatio peracto, si eadem adhuc ignorare viderint, absolutionem ad aliquot dies, iuxta eiusdem Confessarij prudentiam, suspendant.

9. Doctrinæ Christianæ rudes, Matrimonio non iungantur sine nostra licentia.

*De Ludimagistris. Cap. VII.*

1. **O**ptimè, & sanctissimè à Pio Quarto constitutum fuit neminem ad docendi officium, tam priuatim, quam publicè admittendum esse, qui prius Episcopo loci in vita, moribus, & scientia, probatus non fuerit, cum iuxta notum Regij Vatis Oraculum. Timor Domini, sine quo vera religio, & Catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, sapientiæ sit initium, & id ex adolescentium prima institutione pendeat. Nam quas virtutes, vel quæ vitia pueri cum lacte imbiberint, ea vt plurimum semper retinebunt. Sancimus igitur, ne vllus Ludimagister in nostris Ciuitatibus, & Diocesi absq; nostra licentia, & fidei emissa professione admittatur.

2. Admissis vero Ludimagistris, Decretum Leonis X. sub penis, nostro arbitrio infligendis, obseruandum proponimus, quod scilicet pueros, siue adolescentes nè dum in Grammatica, Rhetorica, & cæteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneantur, ea, quæ ad Religionem pertinent, vt sunt Præcepta Diuina, Articuli Fidei, Sacri Hymni, & Sanctorum Vitæ; diebus festiuis nihil aliud eos docere possint, quam res ad Religionem, bonosq; mores pertinētes. Curent etiam, vt diebus festiuis Missam ex præcepto audiant, & quam maxime possunt hortentur, vt singulis etiam diebus serialibus ipsam auscultent, & vt diebus festiuis ad Vesperas, & Conciones accedant.

3. Caueant ne libros aut in Romano Indice prohibitos, aut obscenos, ac turpia tractantes, discipulis perlegendos, aut interpretandos proponant, sed pijs vtantur libris, vt Cathedris Romano,

christianisq; Poetis, cumq; bona adolescentium institutio ab exemplo Magistrorum, magna ex parte pendeat, vitam suam ita componant, vt ab ea tamquam ab optimo exemplo, discipuli, quid loquendum, quid uè fugiendum sit, addiscant.

4. Qualibet Dominica Ludimagistri accedant ad Ecclesiam, pro docendo vnâ, cum Curatis pueros Doctrinam Christianam, & si uiderint abesse aliquem ex eorum scholaribus, iuxta culpam corrigât.

5. Nullas in nostris Ciuitatibus, & Diocesijs, pueros in eius disciplinam traditus, domi suæ alendos, vel erudiendos accipiat, nisi prius à nobis licentiam impetrauerit. Qui aliter facere præsumpserit, nostro arbitrio seuerè punietur.

6. Illud etiam à Ludimagistris summopere curandum erit, vt pueri semel saltem in mense, peccata sua, certo Confessario aperiant, & in qualibet schola patenti loco constituta sit aliqua sacra imago, ad quam pueri, nisi omnes genibus, tum in studijs inchoâdis, tum etiam in finiendis, pias aliquas preces ad Diuinam opem implorandam, recitent.

7. Parochi scholas puerorum sepe uisitent, ac diligenter circumspiciant, num omnia rectè, & ex ordine peragantur, ac præsertim, curent, vt omnia supradicta ad timorem Dei inserendum spectâtia, per Magistros exequantur.

### De sacris Reliquijs. Cap. VIII.

1. Sancti Dei ita meritorû corona sunt decorati, vt ab Ecclesia sanguine eorum plantata, gloriosis mereantur perpetuis laudibus exaltari, quod præcipuè in eorum reliquijs uenerandis, nobis præstâdum est, cum illas ueluti Diuinæ gratiæ olim receptacula, uerissima Christi membra, purissima Spiritus Sancti domicilia, ubiq; in Ecclesijs multa Concilia, & Patrum decreta proposuerint, & decreuerint, religiosa pietate colendas, vt per eas fideles commoti, discant uirtutem, & fidem Sanctorum imitari, & alicubi in his sanguinolentas notas, & pro fide Christi tolerati martirij uestigia cernentes, admoneantur spem fidei nostræ non esse inanem, pro qua omnia dira pati sancti Martyres in animû sibi induxerunt, quorum exemplo ipsi etiam ad aduersitatum omnium tolerantiâ animentur.

2. Cum in uisitationibus nostris dictas Sanctorum Reliquias maiori qua potuimus diligentia accõmodandas curauerimus, mandamus modo iisdem in locis, omni pietate, & deuotione asseruari, nec

sine

sine nostra licentia de vno loco ad alium transferri, clauibus bene firmis, custodiri, nec ullo modo eas uenales exponi, uel passim offèdi, nec alicui donari. Quando in solemnitatibus Populo uenerandæ exponuntur, id fiat à Sacerdote, cum superpelliceo, & stola, luminibus, & facibus accensis, thurificatione, & oratione illorum Sanctorum adhibitis.

3. Si eorum quæ de Reliquijs pro Dei, & Sanctorum honore in nostris uisitationibus ordinauimus, aliqua peragenda supersunt, infra duos menses exequantur, alioquin negligentes, diligentem experientur punitionem.

4. A sæcularibus non tangantur, nec osculandæ præbeantur, sed uasa, & thecas in quibus includuntur, tactu pio, & deuoto uenerentur, & hoc eis raro etiam permittatur.

5. Reliquiæ, quæ apud laicorum Confraternitates reperiuntur, ita conditæ seruentur, vt solis Ecclesiasticis eas tractare liceat, & sub Cappellani custodia maneant.

6. Dedecet laicos cuiusuis conditionis, ac dignitatis tangere Reliquias, dedecet etiam eas in domibus prophanis, sine debita reuerentia retinere, & apud se deferre. Abstineant igitur ad Dei, & Sanctorum honorem.

7. Nulli Sanctorum Reliquias nouas, pro certis, uerisq; haberi, uel populo uenerandas exponi liceat, etiam Regularibus, sub pœna excommunicationis, nisi, quæ à nobis fuerint approbatæ. Illæ uero, quarum certitudo haberi non potest, decet in loco honestatis gratia, asseruentur, & si aliquas nouas detegi, aut exhumari contigerit, non sine nostra licentia fiat, vt absq; concursu, & strepitu populi, adhibitis solemnitatibus à sacra Tridentina Synodo præscriptis, ueritas elucescat.

1. 1. de reliq;  
et uen. Sanct.  
Sess. 25. de  
inno. et uen.  
mer. Sanct.

8. Index omnium Reliquiarum in tabella appositus in prospicuo cuiuscumq; Ecclesiæ loco, semper affixos remaneat.

9. Fiat à Curatis liber in Archiuo singularum Ecclesiarum custodiendus in quò distinctè reliquiarum omnium Catalogus, cum suis qualitatibus, sit descriptus, & de Instrumentis, seu scripturis, quibus earum ueritas comprobatur, mentio fiat.



1. **C**onſuetudo ab Apoſtolorum temporibus hucusq; probata, Oecumenicæ Synodus, tot ſanctiſſimorum doctiſſimorumq; Patrum inter ſe conſentientium ſcripta, & nouiſſime ſacrum Tridētinum Concilium docent Imagines Chriſti, Deiparæ Virginis, certorumq; Sanctorum pingi, & honorari, non prohibitum, ſed etiam ſanctum, & grati animi certiſſimum argumentum in Eccleſia ſemper habitum eſſe; licet enim in illis aliqua ineſſe diuinitas, non credatur, vel virtus; inuiſibilia tamen, per viſibilia nobis demonſtrantur, vt dum picturam cernimus in prothotypi amore recalcſcamus, & nos quidem non quaſi ante Diuinitatem, ante illas proſternimur, ſed eum adoramus, cuius per imaginem, recordamur, vt exemplo etiam moniti ad eorum vitā, ac mores, nos ipſos conformemus. Ne quid igitur in ſacris eſſingendis imaginibus indecorum adhibeatur, hæc animaduertenda cenſuimus.

Conc. Trid.  
ſeſſ. 25. in  
princ. de in-  
noc. Sanct.

2. Nulla ſtatua, vel imago aliquo in loco, vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta, ponatur, vel poni permittatur, niſi prius à Nobis, vel Vicario noſtro Generali viſa, & probata fuerit.

3. Cauentur Pictores, atq; Sculptores, ne in eorum imaginibus ſingendis, ſeu aliquid turpe, inhoneſtum, obſcœnum, ſuperſtitioſum, indecens, ſeu falſum, & prophanum eſſingant, ſub pœnis arbitrio noſtro inſtigendis. Imagines vero, quæ non vt decet pietatem chriſtianam dipictæ ſunt, & præſertim brutorum animalium, quæq; ad riſum excitare ſolent, quæ vè in pauimento, aut in alio infimo, & abiecto loco ſunt expreſſæ, quamprimum deleri procurēt Parochi.

4. Et quæ nimis vetuſtæ, & corroſæ fuerint, ita ut reparari non poſſint, tollantur ex Eccleſijs, & comburantur. Cineres ſub Altari, vel in Cœmeterio condantur, ſi ſtatuz fuerint, conterantur, eodemq; loco reponantur.

5. Humi deinceps Cruces, aut Sanctorum imagines nullus audeat imprimere, aut pingere. Impreſſas verò, penitus tolli præcipimus.

Conc. Trid.  
ſeſſ. 25.

6. Hiſtorias, quibus nec Eccleſia, neq; probati ſcriptores authoritatem vllam dedere, ſed ſola vulgi vana opinione commendantur, eſſingendi omnino prohibemus.

Conc. Trid.  
ſeſſ. 25.

7. Miracula ex Chriſti Domini, ſanctiſſimæ Virginis, aliorumq; Sanctorum imaginibus edita, non vulgentur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec externis ſignis in noua, & inſolita admiratione imagines, à quoquam ponantur, donec à Nobis de Theologorum,

logorum, & peritorum cōſilio, miracula fuerint legitime recognita, & probata.

8. Curati populū moneant, præſertim idiotas, & rudes, in veneratione ſanctarum imaginum, nihil eſſe fiduciæ in illis ſingendis, vel aliquid ab eis petendum, vt olim fiebat à Gentilibus, qui ſpem in Idolis ligneis, & faxeis ponebant, ſed per has ad prothotypum, cuius illæ ſimilitudinem gerunt, honorem referri & ſibi, & alijs perſuadeāt, omnem ſuperſtitionem, in Imaginum ſacro vſu, & turpem quæſtum eliminari debere, ita ut vero cultu, puraq; animi deuotione, Deum, & Sanctos veneremur.

Conc. Trid.  
ſeſſ. 25. de  
innoc. Sanct.

#### De Incantationibus, & Superſtitionibus. Cap. X.

1. **N**oli augur eſſe, quoniam duxit hoc ſtudium ad idololatriā. Augurium enim, ait Samuel, peccatum eſt, & non erit augurium in Iacob, neq; Vaticinium in Iſrael. Non eris incantans, neq; luſtrans filium tuum, noli ariolari, neq; augurari, eum enim affirmat Sanctus Auguſtinus, qui hæc obſeruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, chriſtianam fidem, & baptiſmum præuaricari; & Apoſtolus illos arguit, his verbis: Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Quare Nos pernicioſam, & Satanicā, magicam, maleficam, ſortilegamq; artem deteſtantes, ipſamq; ex his noſtris Ciuitatibus, & Diceceſi ſtirpibus eradicare cupientes, hæc quæ ſequentur decreta ſanciuimus.

2. Omnis vtriuſq; ſexus, cuiuſcumq; dignitatis, conditionis, & gradus exiſtat, in poſterum, ſub excommunicationis pœna, & alijs arbitrio noſtro inſtigēdis, à quocumq; venefitio, diuinatione, ſortilegio, ſuperſtitione, & huiuſmodi generis maleficijs, manum, animumq; abſtineat.

3. Eoq; magis ſacramentis, ſacramentalibus, alijsuè verbis ſacris, etiam ſub medicinæ prætextu, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna abuti, nemo præſumat. Verum hæc in nefarium, & impiū vſum conuertentes, quilibet prohibere poſſit, & ſub eadem pœna, Curiz noſtræ denuntiare teneatur.

4. Medicinæ à Medicis non approbatas, contra inimicos ſecuritates, nodos, characteres, ligaturas, infirmitatum curationes, theſaurorum, & rerum amiſſarum, & furtim ablatarum inuentiones illicitas, ſub grauiffimis pœnis arbitrio noſtro imponendis, omnibus, & ſingulis,

singulis, vt supra, prohibemus.

5. Ab omni diuinatione abstineant, ventura nè pronuntient, eaq; pro certis non affirmant, præsertim, quæ à libero hominum pendunt arbitrio, siue ex Astrorum motu, figura, & aspectu, siue ex elementis, somnijs, sortibus, manuum inspectione, aut aliorum corporis lineamentorum, vel quouis modo ex Astrologia, aut his simili diuinandi arte ea præuidere profitentur, alioquin ipsi, & eorum adiutores, fautores, & huiusmodi rebus fidem quoquo modo habentes, iuxta Constitutionum Sixti V. à Nobis punientur.

6. Nemo sub excommunicationis pœna Dæmonum responsa exposcere, terrarum spatia transire, ventis, aut tempestatibus imperare, figuras, & constitutiones hominum immutare, ipsosq; ad libidinem prouocare, sub quouis prætextu audeat.

7. Candelarum numerum præfixum ante imagines Christi Domiti, Beatæq; Mariæ Virginis, ac Sanctorum, accensarum, earumq; oblationes, post peractum Missæ sacrificium, certorumq; dierum, obseruationes, tempora statuta, dies, horas, herbarum, scripturarum, papirorum, capillorum, actionum humanarum, vel brutorum, & id genus omnia maledicta veneficia: nec non ante, vel sub imaginibus prædictis transitus, incessus, circumgirationes in Ecclesiâ, vel extra, vel in processibus festiuis, vel ferialibus diebus, pulueris terræ, vel cuiusuis alterius rei, proiectiones, & vnico verbo, quidquid superstitionum Dæmonis se in Angelum lucis transfiguratis præfert, quouis modo imaginabili, penitus anathematizamus, & sub seuerissimis Sacrorum Canonum, & alijs arbitrio nostro accumulandis pœnis, prohibemus.

8. Omnibus Curatis in virtute sanctæ obedientiæ committimus, vt singulo quoque anno vulgari sermone publicent dictam Constitutionem Sixti V. editam contra exercentes superstitionem anno 1585. quæ incipit, Cæli, & Terræ.

9. Libros Astrologiæ iuditiariæ, & artium diuinatoriarum legentes, ac retinentes, sciant à Nobis seuerè puniendos esse.

10. Innouamus in nostra Diœcesi Constitutionem Ioannis Vigefimisecondi, in qua habetur, immolantes Dæmonibus, & auxilium ab eis postulantes, aut retinentes libros de huiusmodi erroribus tractantes, excommunicationem incurrere, & tãquam de hæresi suspectos, Nobis denunciandos esse mandamus.

1. Dispensatio cælestis seminis, ita Ecclesiæ Prælati, & Episcopis commissa est, vt iuxta Lateranense, & Tridentinū Concilium, nemo sine eorum consensu hoc munus sibi vsurpare possit. Qui enim prædicationis officium sibi, absq; Sedis Apostolicæ, vel Diœcesani Episcopi licentia assumit, excommunicationis sententia feriendus est, & nisi resipuerit, alia pœna imponitur.

2. Nemo igitur siue Sæcularis, siue Regularis Sacerdos, quocumq; priuilegio munitus, hoc prædicandi, seu sermonis habendi munus, absq; nostra in scriptis dada licentia, sibi assumere præsumat. Regularibus vero, nõ nisi Superiorum suorum, super vita, moribus, & doctrina præcedente scripta approbatione, noster præstabitur consensus, & prædicantibus in Ecclesijs suorum ordinum, à Nobis benedictio impertienda erit, & ea denegata, ex præscripto Concilij Tridentini ipsi tem nullibi hoc officium subire, permissum erit.

3. Laici prædicationis officium, nec publice, nec priuatim exercent, cum eis potius audiendi necessitas incumbat. Non prohibetur tamen cohortationes aliquas rudibus facere, vt eos ad meliorem frugem reuocent.

4. Non liceat hoc munus obire Sacerdotibus Sæcularibus, quibus cura animarum adhuc commissa non est, vel alijs quibuscumq; Clericis, nisi examine præcedente, & obtenta ab Episcopo licentia.

5. Admissi ad Conciones, seu sermones habendos in Ciuitatibus, & Diœcesi nostris, in Monialium Ecclesijs, absq; nostro specialimandato, ne prædicent. Teneantur etiam facultatis, & benedictionis testimonium antequam concionandi munus aggrediantur, Curato loci, vbi prædicaturi sunt, exhibere.

6. Omnes tam Sæculares, quam Regulares prima vice, qua in nostra Diœcesi prædicaturi sunt, ceram Nobis, seu Vicario nostro Generali fidei professionem ad sanctionis Pontificiæ præscriptum, præstabunt, aut illius prælitæ testimonium obsignatum exhibebunt.

7. Verum cum inter Parochorum officia, præcipuum sibi vindicet locum populi docendi munus, omnibus curam animarum habentibus, ex decreto Concilij Tridentini, præcipimus, vt singulis Dominicis, alijsq; solennibus diebus, per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, inter Missarum solemnia Catechismum Romanum, vel Euangelium vulgari lingua breuiter declarare, & rudem plebem sibi commissam, pro vtriusq; capacitate, docere, a-

Cœc. Lateran.  
sub Innoc. iii.  
cap. 3. & 10.  
Trid. sess. 24.  
c. 4. de reform.  
& sess. 5. c. 2.  
c. excommunicamus. 5. quia  
verò de heret.

Conc. Trid.  
sess. 5. c. 2. &  
sess. 24. c. 4.

vitijis reuocare, ad virtutem inflammare, festa de mandato Ecclesie, vigiliis, ac ieiunia denuntiari non desinant.

8. Monemus omnes Concionatores, vt in hoc prædicandi munere exercendo, alium sibi non proponant finem, nisi vitia, à fidelium peccatoribus extirpandi, & virtutes inserendi, ita vt non ostentandæ doctrinæ, & eloquentiæ gratia, difficiles, atq; inanes quæstiones, fucumvè in Euangelij, Symboli, Orationis Dominicæ, Angelicæ Salutationis, Decem præceptorum, Sacramentorum Ecclesiæ, & sacerdotum rituum dilucida explicatione versentur. Cum Parochis ita se gerant, vt paribus votis, mutuo amore, pietatisq; studio, ad eundem finem vnanimiter perueniant. Diligentes, ac vehementes sint in his vitijis, & peccatis exagitandis, ad quæ Auditores viderint procliuiiores, infra scripta præsertim detestentur. Horrendum vitium blasphemie, maledictiones, & imprecationes filiorum, & animalium, inobseruationes festorum; Contractus illicitos, & vsurariam prauitatem redolentes, subtilibusq; pactionibus, contactos, & palliatos, venditiones ad tempus, pro maiori pretio, quam si numerata pecunia daretur, mutua rerum, pro recipiendis melioribus. Periuria, fornicationes, incestus, stupra, adulteria, & id genus similia, super quibus summa diligentia, & labore exclament, in ea; inuehantur. Ludos cuiuscumq; generis, tamquam omnium malorum seminariū, furta, damna, vsurpationes bonorum, & iurium Ecclesiasticorum, infideles administrationes piorum locorum, Cōfraternitatum abusus, infrequentationes, & institutorum inobseruationes, non satisfacientes legatis pijs, & testatorum vltimis voluntatibus.

9. Ad frequentiam Sacramentorum, præsertim Sãctissimæ Eucharistiæ, populos impellant, inflamment. Ad obedientiam Superiorum, omnes cohortentur.

10. Hæreticorum opiniones, atq; argumenta non referant, nisi necessitas id agere compulerit, vt eorum damnatæ opiniones confutarentur, quod, nec coram imperita multitudine faciant.

11. Ne quid ambiguum, ancepsue loquantur, quod Auditoribus variè intelligendi occasionem præbere possit. Non concisè, & obscure quidquam exponant, cum audientium animi, expectatione incerti, & suspensi relinquuntur. Miracula ab Ecclesia non approbata nè prædicent, adulationes fugiant, à fabulis, verbis iocosis, & inutilibus se abstineant.

12. Indulgentias publicare, aut quemquam paupertatis nomine commendare, absq; nostro expresso consensu minime præsumant.

14. De

13. De immaculata Beatæ Mariæ Virginis Conceptione contra præscriptum Bullæ fel. rec. Pij, & Pauli Quinti, & Sanctissimi Domini nostri Gregorij Decimi Quinti ne disputent.

14. Noctu Concionem nunquam habeant, nec etiam ea, quæ de salutaris Christi Domini morte haberi solet, sed illucescente die, aut alio commodiori tempore habeatur.

15. Illud verò maximè sibi persuadebit, qui concionandi munus suscipit, se nisi rectè, & Euangelij quod prædicat, legibus congruenter vixerit, non magnam in audientium animis vim imprimere, & non posse vitiorum neq; virtutum qualitatem, naturamq; satis planè ostendere, nec docere quemadmodum hæ amplectendæ sint, & illa fugienda (cum tamen in utroq; eo genere officium Concionatoris maxime eluceat) nisi depulsis primum vitijis, & Mundi huius cupiditatibus abiectis, maximarum virtutum præsidium vsu, atq; exercitatione benè, religiosèq; agendi sibi comparauerit, oportet enim iuxta Magni Gregorij oraculum, prius mundari, quam mandare. Sit igitur Concionator singulari vitæ innocentia, moribus sanctissimis, & diuinis virtutibus excultus, vt quemadmodū in Arca Testamenti duo illi Cherubim, ita collocati erant, vt semper mutuo se aspicerent, ita vita Concionatoris, doctrinæ ex altera parte adeò respondeat, vt, & vitam doctrina collustret, & doctrinam rursus vita corroboret, vireq; ijdem perpetuo addat.

16. Meminerint Concionantes ex Constitutione Concilij Lateranensis sub Leone X. celebrati, sub pœna excommunicationis lata sententiæ Romano Pontifici reseruata, hæc omnia ab ipsis adimplenda esse, vt Euangelicam veritatem, & sanctam Scripturam iuxta declarationem, & interpretationem Doctorum, quos Ecclesia, vel vsus diuturnus approbavit, legendosq; hætenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quidquam eius proprio sensu, contrarium, aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacrae Scripturæ verbis, & Patrum interpretationibus ritè, & sanctæ intellectus non discordant. Tempus præfixū futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, vel certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, sed solum de his, ita verba faciant, vt ea expectatione peccatores teneantur. Ipsius Prædicatoris inspirationes diuinæ, absq; Ordinarij participatione, & consensu non prædicentur. Prælatos in Concionibus non reprehendant id quod Nos ad ceteros Sacerdotes, & Clericos, tam sæculares, quam Regulares extendimus, cum enim eorum vitia patefaciant, vilescit

*Consl. 22. incipit. Superne Maiestatis.*

C Sacer-

Sacerdotalis dignitas, & laici potius scādalizantur, quā ædificantur.

17. Principes, & Magistratus, ita moneant, vt non offendant, sed Euangelizantes pacem, annuntiantes bona, prædicantes salutem, in suauitate, & gravitate sermonis, ita auditores ad Dei, & proximi vnionem inflamment, ad flenda peccata, componēdoq; mores trahant, vt nō ipsi, sed Spiritus Sanctus in eis videatur verba proferre.

*Conc. Trid.  
sess. 5. c. 3.*

18. Si quispiam, quod absit, errores, aut scandala in populum, materiali, vel formali intentione, in prædicādo disseminauerit, Curatus statim certiores Nos faciat, & interim prædicationem ei interdicat.

*Const. 2. §. 14.*

19. Curati à prædicationis officio, prædicatores quæstuarios amoneant, iuxta Constitutionem Urbani Quarti.

*cap. 12.*

20. Verum, cum Lucæ testimonio, beati dicantur, qui Dei verbum audiunt, & illud custodiunt, in Domino hortamur omnes vtriusq; sexus fideles Ciuitatum, & Diœcesis nostrarū, paternèq; monemus, vt quibuscumq; postpositis negotijs, ea, qua decet reuerentia, & pietate, ad Conciones audiendas accedere, & in suarum animarum fructum Diuinum Pabulum excipere contendant, & qui id adimplere contemnet, sciat se iuxta Domini sententiam, ex Deo non esse, damnationisq; signum non prædestinationis præostendere. Rogamus præsertim Magistratus sæculares, vt sicut ipsi officio, & dignitate sibi subditos antecedunt, ita exemplo perfulgeant, vt ad hoc pernecessarium opus, omnes dulciter inuitentur, trahantur. Clerici vero cuiuscumq; status, & conditionis, id omnino præstare, sub pœna indignationis nostræ, non recusent.

### *De sacris Actionibus, & Repraesentationibus. Cap. XII.*

1. **C**VM Ecclesiæ Dei sacra mysteria iam ante ad excitandam pietatem introducta, sæpe Diabolo suggerente ad risus referantur, sancimus, nè in posterum sacrarum literarum historiarum, Sanctorumq; martiria, & actiones, aut etiam Domini nostri Passio scenico apparatu, & personarum inductione in sacro, vel prophano loco, neq; etiam in Monasterijs Monialium, sine nostra licentia repraesententur.

2. Multo minus Clerici, etiam in minoribus constituti cuiusuis generis, actionem aliquam, vel ex parte personaliter repraesentare audeant.

3. In prophanis vero actionibus, & fabulosis repraesentationibus, prohibemus sub grauissimis pœnis turpia loqui, sacris prophana, & Sanctis obscœna committeri.

### *De Fæstorum, & sacri Ieiunij obseruationibus. Cap. XIII.*

1. **T**ENETE omnes vnanimiter (dixit Diuus Augustinus) Deum Patrem, & Matrem Ecclesiam, Natalitia Sanctorum, cum sobrietate celebrate, vt imitemini eos, qui præcesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat super vos, idq; quomodo præstare possitis docet Diuus Chrysoctomus illis verbis. Ita à nobis Sanctorum dierum festiuitas agatur, vt relaxatione corporum puritas non corrumpatur animorum, sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lasciuia, dantes operam sobriæ remissioni, ac sanctæ sinceritati, id efficere tentemus, vt quidquid nunc, corporali abstinentia non adipiscimur, mentium puritate quæramus. Quapropter mandamus omnibus Parochis, vt populum sæpe moneant, ad suas Parochias saltem festis diebus accedendum, vt eisdem diebus lethali culpa vacent, Ecclesias, & Oratoria frequentent, sacro Missæ sacrificio intersint, Conciones audiant; Vesperis præsentiam exhibeant, Doctrinam Christianam discant, si nesciant, & doceant si didicerint, & Deo optimo maximo, gratias pro beneficijs collatis agentes, & referentes in omnibus pietatis officijs se exercent.

*Serm. 2. in  
psal. 88.*

*Hemel. 8. de  
resurrect.*

*Conc. Trid.  
sess. 22. in  
decr. de obser.  
& euitan. in  
celeb. Miss.*

2. Doceant etiam Parochi fæstorum dierum obseruationem incipere, à media præcedente, vsq; ad mediam subsequenter noctem, quo tempore ab omnibus illicitis operibus, populū vacare debere.

3. Verum quia festi dies in Ecclesia instituti fuerunt, vt fidelium animi non solum ad redemptionis nostræ misteria, atq; Sanctorum victorias colendas, & imitandas, excitentur, sed etiam, vt ad Creationis initium, quando Deus die septimo ab omni opere quod fecerat, requieuit, animus reuocetur, Sacrorum Canonum autoritate innixi districtè mandamus, nè diebus festis sub quouis colore, & prætextu quis audeat vendere, emere, contractus inire, manualia opera exercere, villicas operationes agere, bestias onustas, ac etiam exonustas ducere, & reducere. seruilia opera, mercatus, & nundinas facere, collectas, vel talias exigere, nisi in casibus à iure permissis.

4. Prohibemus etiam sub pœnis arbitrarijs, scenicas artes, circulationes, iocos, & artes circulatorum, Comædias, & alia spectacula Theatralia, ludos prohibitos, actus iuridicos in quolibet foro, & id genus similia.

5. Officina omnes diebus festis nihil venale habeant, sed clausæ omnino sint, exceptis Aromatarijs, qui res ad victum necessarias

venditant, qui tamen publicè, nihil venale exponant, sed aperto tantummodo ostiolo vendant. Quod si in officinis ipsis artifices habitent, vt in domum ingressus pateat apertum habeant tantum ostiolum inferius, seu partem ianue inferiorem, si vero ianua integra, diebus festiuis aperta inueniatur, etiam si nihil vendant, præsumuntur tamen vendere, ideo penas, ac si venderent, dabunt.

6. Mandamus vero venerandos esse non solum dies solemnes omni Christiano populo communes, sed eos etiam quos hæ nostræ Ciuitates, ac Diocesis, colit, quorum omnium catalogum in fine huius constitutionis apponi curabimus.

7. Parochi singulis annis, Calendis Ianuarij vulgari sermone, populo Constitutionem Pij Quinti super hæc re editam pronuntient, & diebus Dominicis, festos dies futuros in hebdomada, & ieiunia publicent.

8. His diebus festis sacri Canones, ob tres causas, videlicet: cum pietas suadet; cum necessitas vrget; cum publica vtilitas exigit, permittunt seruilia opera. Nos harum causarum, Nobis, & Vicarijs nostris Generalibus, & Foraneis, declarationem reseruamus, ita vt nemini sine nostra licentia licitum fore velimus in dictis casibus dicta seruilia opera exercere. Vicarij vero Foranei declarationem dictarum causarum apud Archiepiscopum Constantium in libro de officio Curati videant, & in concedendis licentijs obseruent.

9. Admonuit (ait Diuus Cyprianus) Religiosam solitudinem vestram, vt ad placendum, & exorandum Dominum, non voce solum, sed & ieiunijs, & lacrimis, & omni genere deprecationis ingemiscamus: Ieiunijs enim vitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentiæ languent, abeunt voluptates. Sanctè igitur Sancta Romana Ecclesia fideli populo ieiunium prædicat, ideo Nos ab omnibus religiosè obseruari mandamus: quisquis autem illud absq; legitima causa post vigesimum primum ætatis suæ annum violare præsumpserit, præter peccati mortalis reatum, à Nobis etiam, arbitrio nostro, grauiter punietur.

10. Ieiunia vero ex præcepto seruanda sunt dies omnes Quadragesimæ, exceptis Dominicis. Quatuor anni tempora, Vigilia Natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Apostolorum, præter S. Ioannis Euangelistæ, & Sanctoꝝ Philippi, & Iacobi. Vigilia diei festi omnium Sanctoꝝ; Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, & S. Laurentij.

11. Præterea hortentur suos Parochi, vt ieiunare quoque velint in Vi-

in Vigilia Sancti Titularis suæ Paroehialis Ecclesiæ, & præsertim in Ciuitatibus nostris Montisfalsci, & Corneti in Vigilia S. Margaritæ.

12. Lacticinijs quibuscumq; in iisdem Vigilijs non solum abstinentum esse, sed etiam semel tantum in die comedere, idq; circa meridiem licere, omnes sciant. Non improbamus tamen legitimam ientaculi consuetudinem.

13. Qui senio, infirmitate, aut quauis alia legitima causa impediti erunt, à Nobis de facili, obtento prius à Parocho, & à Medico inscriptis testimonio, licentiam in hoc consequentur. Ab impetranda verò dicta licentia, excipiuntur casus quicumque repentini, vt puerperia, & similia.

14. Si Quadragesimali tempore, ad infirmorum succurrendum, necessitatibus à lanionibus, vel ab alijs vendendi erube sibi vetiti, id clausis ianuis, & cum nostra, vel Vicarij nostri tantum licentia, sub pœna scutorum decem, fiat.

15. Festa vero, & Ieiunia in nostris Ciuitatibus, & Diocesi seruanda, & quæ etiam non seruantur, sed ob Reliquias fit officium duplex, vel semiduplex, sint infra scripta.

#### In Mense IANVARII.

- |     |                              |                                                   |
|-----|------------------------------|---------------------------------------------------|
| 1.  | Festum Circumcisionis Domini | Solemnizatur vbiq;.                               |
| 6.  | Epiphaniæ Domini             | Solemnizatur vbiq;.                               |
| 17. | S. Antonij Abbatis           | Seruatur in vtraq; Ciuitate.                      |
| 19. | S. Priscæ Virg. & Mart.      | Montisfalsci tantum fit officium semid. ob Reliq. |
| 20. | SS. Fabiani, & Sebast. mart. | Fit Processio, & seruatur in vtraq; Ciuitate.     |

#### FEBRUARII.

- |     |                        |                                                   |
|-----|------------------------|---------------------------------------------------|
| 2.  | Purificationis B.M.V.  | Seruatur vbiq;                                    |
| 5.  | S. Agatæ Virg. & mart. | Corneti tantum fit Processio, & seruatur de mane. |
| 17. | S. Faustini mart.      | Montisfal. tantum fit off. semidup. ob Reliq.     |
| 23. | Vigilia.               |                                                   |
| 24. | S. Matthiæ Apost.      | Seruatur vbiq;.                                   |

## M A R T I I.

12. S. Gregorij Papæ, & mart. Montisfal. fit off. dup. ob Reliq.  
 21. S. Benedicti Abbatis Montisfal. fit off. dup. ob Reliq.  
 25. Annnciationis B.M.V. Seruatur vbiq;.

## A P R I L I S.

9. S. Demetrii mart. Montisfal. tantum fit off. dup. ob Reliq.  
 23. S. Georgij mart. Montisfal. tantum fit off. dup. ob Reliq.  
 25. S. Marci Euangelistæ Fit Processio vbiq; & seruatur tantum Corneti, & Griptis.  
 26. Dedicat. Eccl. S. Flauiani mart. Montisfal. tm̄ solemnizat cum octaua, & fit Processio.  
 27. S. Patritij Episcopi, & mart. Montisfal. tantū fit off. semid. ob Reliquias.  
 28. S. Vitalis mart. Montisfal. tantū fit off. semid. ob Reliq.

## M A I I.

1. SS. Iacobi, & Philippi Apost. Seruatur vbiq;.  
 3. Inuentionis S. Crucis Seruatur vbiq; & in vtraq; Ciuitate fit Processio.  
 12. SS. Nerei, Achillei, & Păcratij m̄. Mōtisf. fit Process. & off. dup. ob Rel. & Eccl. Corn. vero ser. tm̄ in Paroc.  
 20. S. Bernardini Confessoris Seruatur tantū Planzani, quia Patronus, & Titularis.  
 24. S. Vincentij mart. Fit tantū off. semid. Montisfal. ob Reliq.

## I V N I I.

23. Vigilia.  
 24. Natiuitatis S. Ioannis Bapt. Seruatur vbiq;.  
 28. Vigilia.  
 29. SS. Petri, & Pauli Apostolorum Seruatur vbiq;.

## I V L I I.

9. S. Lituardi Confess. Seruatur tantū Corneti, & ibi fit Processio.  
 20. S. Margaritæ Virg. & mart. Solemniz. cū oct. & fit Process. in vtraq; Ciuit. quia Titul. S. Ma-

22. S. Mariæ Magdalenzæ Montisfal. fit off. dup. ob Reliq.  
 24. Vigilia. Corn. seru. Gradus. solemniz.  
 25. S. Iacobi Apostoli Seruatur vbiq;.  
 27. S. Pantaleonis mart. Corneti tantum fit Processio, & seruatur de mane.  
 29. S. Martæ Virginis Seruatur tantū in Terra Martæ, quia ibi Patrona.

## A V G V S T I.

1. S. Petri ad Vincula Seruatur tantum Corneti.  
 2. S. Stephani Papæ, & mart. Montisfal. tm̄ fit off. dup. ob Rel.  
 3. S. Stephani Prothomart. Montisfal. tm̄ fit off. dup. ob Rel.  
 9. Vigilia. Nec nō SS. Secūdini, Veriani, & Marcell. mart. Mōtisf. fit off. dup. ob Rel. Corn. vero seruatur, & fit Process.  
 10. S. Laurentij mart. Seruatur vbiq;.  
 12. S. Eupræpiæ mart. Montisfal. tantū fit off. dup. ob Rel.  
 14. Vigilia. (Reliq.)  
 15. Assumptionis B.M.V. Seruatur vbiq;.  
 16. S. Rochi Confess. Montisf. seruatur, & fit Process.  
 17. Corn. fit Process. ob festū sequētis diei.  
 18. S. Agapiti mart. Seruat tantū Corneti, & Bisētij.  
 24. Vigilia.  
 25. S. Bartholomei Apost. Seruatur vbiq;.  
 28. S. Augustini Episcopi Seruatur tantum Corneti.  
 30. SS. Felicis, & Adauti mart. Montisfal. fit off. dupl. ob Rel. Arlenæ vero seruat. quia Titul.

## S E P T E M B R I S.

1. Aegidij Abbatis. Corneti seruatur, Montisf. vero fit off. semid. ob Reliq.  
 8. Natiuitatis B. M. V. Seruatur vbiq;.  
 14. Exaltationis S. Crucis. Non seruat, sed Montisf. fit off. dup. ob Reliq.  
 20. Vigilia.  
 21. S. Matthæi Apostoli. Seruatur vbiq;.  
 27. SS. Cosmæ, & Damiani mart. Non seruatur, sed Montisfal. fit off. dup. ob Reliq.  
 29. Dedicat. S. Michael. Archang. Seruatur vbiq;.

## O C T O.

**OCTOB R I S.**

18. S. Lucæ Euangelistæ. Seruatur tantū Corneti ab Arte Mercatorum.
21. SS. Vndecim milliū VV. & m̄m. Montisfal. tantum fit off. semid. ob Reliq.
25. S. Bonifatij Papæ Nec non S. Crepini. Montisfal. tm̄ fit off. dup. ob Reliq. Seruatur in vtraq; Ciuit. ab Vniuersit. Calceolariorum tm̄.
27. Vigilia.
28. SS. Simëonis, & Iudæ Apostol. Seruatur vbiq;.
31. Vigilia.

**NOVEMBRIS.**

1. Omnium Sanctorum. Seruatur vbiq;.
4. S. Caroli Episc. & Confess. Seruat in vtraq; Ciuitate ex de Corneti seruatur tm̄ in Paroc. Mōtisfal. verō fit off. semid. ob Rel. Fit tm̄ Montisf. off. semid. ob Rel. Fit tm̄ Montisf. off. dup. ob Rel.
6. S. Leonardi Confess. Seru. vbiq; & presertim à Capitulo. Flascenensi, ob benef.
8. S. Simplicij mart.
10. S. Nymphæ Virg. & mart.
11. S. Martini Episcopi Seru. in vtraq; Ciuit. ab Vniuersitate Sartorum tantum.
13. S. Homoboni Confessoris Non seruatur, sed Mōtisf. fit off. dup. ob Rel. & quia Patrona.
14. Translat. SS. Marg. & Fel. m̄m. Solemniz. Montisf. & fit Procefs. ob Reliq. & quia Patrona.
21. S. Felicitatis matris filiorum septem. Seruatur tantū in Terra Lateræ. quia Titularis.
23. S. Clementis Papæ, & mart. Seru. Corn. ex deuot. alibi vero fit tantum off. dupl.
25. S. Catarinæ Virg. & mart.
29. Vigilia.
30. S. Andreæ Apostoli. Seruatur vbiq;.

**DECEMBRIS.**

8. Conceptionis B.M.V. Seruat tantū Corneti de mane. Fit tantum off. dup. Montisfal. ob beneficium.
11. S. Sabini Episcopi Corneti seru. ex deuotione, alibi vero fit off. dup.
13. S. Lucie Virg. & mart.
10. Vigilia.

S. Thomæ

21. S. Thomæ Apostoli

22. S. Flauiani mart.

Seruatur vbiq;.

Montisfal. licet sit Patronus non seru. quia ob vicinitatē Natalis Domini trāsferretur in diem Dedicacionis Ecclesie, quæ die 16. Aprilis solemniz. Hodie verò fit tantum off. dup.

24. Vigilia.

25. Natiuit. Dñi N. Iesu Christi.

Solemnizatur vbiq;.

26. S. Stephani Prothom.

Solemnizatur vbiq;.

27. S. Io: Euangelistæ

Solemnizatur vbiq; & Valētani est Titularis.

28. SS. Innocentium

Solemnizatur vbiq;.

31. S. Syluestri Papæ

Seruatur vbiq;.

*De Sacris Oleis, & alijs Sacramentalibus. Cap. XIII.*

1. **O**mnis Parochus quotannis feria quinta Maioris Hebdomadæ mittat Sacerdotem, vel Clericum sacris initiatum, qui sacra olea recentia ferat ab illa Cathedrali, in qua à Nobis benedicentur, & si recentibus iam allatis aliquid reliqui est de veteribus in lampadario Altaris sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ statim comburatur, bombice in sacrario planè exusto.

2. Oleo sacro, Chrismate uè, intra annum deficiente, Parochus aliud non benedictum guttatim infundat, & hoc minus sit, quam illud, quod consecratum, & benedictum est.

3. Vnaquæque Parochia, vascula argentea, vel stannea sacrorū oleorum, videlicet, Chrismatis, Catechumenorum, & Infirmorum habeat, quæ in Ecclesia loco decenti, intrinsecus serico, & alio pāno circumuestito, & clauso, cum claue, à Parocho custodienda, afferuētur. Debent autem cooperacula dictorum vasculorum, ita esse elaborata, vt comprehensè os ocludant, nè sacri vnquam olei, timeri possit effusio.

4. Aliud etiam eiusdem materiæ vas in baptisterio asseruandum habeant Parochi, cum duabus concauitatibus, in quarū vna sacrum Chrisma, in alia Catechumenorum sint olea infusa, cum gossipio nō ita arido, nec ita humido, vt olea sacra nimis effluent. Præterea habeant aliud vasculum pro infirmorum sacra vnctione, cum vna concauitate. In omnibus vero supradictis vasculis adsint characteres incisi, quibus, vnum oleum ab alio dignoscatur.

5. Nusquam in sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ Tabernaculo

D sacra

facra olea reponantur, & gratis ministrent Curati ista sancta olea, omni abusu prætermisso, etiam sponte oblata penitus reiiciendo.

6. Per laicos nulla permittatur sacrorum oleorum delatio, nec nisi per Sacerdotes administrantur sub grauissimis pœnis, à Nobis arbitrio nostro infligendis.

7. Si quis sacris oleis abuti ausus fuerit, excommunicationis pœnâ latae sententiæ incurrat.

8. Seruetur antiquus Ecclesiæ ritus, benedicendi, & distribuendi Candelas in festo Purificationis Beatissimæ Mariæ Virginis, & benedictio palmarum, sed aduertant Parochi, vt ad receptionem tam candelarum, quam palmarum, & oliuarum populus magna deuotione accedat, immò maximam curam adhibeant, pro tollendo clamore, & irreuerenti tumultu, & accessu, & si fieri poterit fiat sermo in quo declarentur mysteria supradictarum benedictionum.

9. Cineres benedicendi, & spargendi si per capita fidelium, prima die Quadragesimæ iuxta solitum fiant, ex ramis oliuarum præcedenti anno benedictarum.

10. Aqua benedicta, qua Parochi in Sabbatho Sæcto domos aspergere, & benedicere debent, ante sacrorum oleorum infusionem recipiatur.

11. Licet sit Parochorum officium agnos, oua, & alia comestibilia in Paschate benedicere, tamen vbi legitima cõsuetudine præscriptum est, vt per alios id præstetur, consuetudinem seruari, & elemosinas inter benedicentes diuidi mandamus. Inhibemus verò omnibus tam Sacerdotibus, quàm Clericis ne in Ecclesia, vel Sacrificia oua comedant.

12. Omnibus diebus Dominicis, vel Sabbathinis aqua sale conspersa, à Curatis benedicatur.

#### De Sacramentis in genere. Cap. XV.

1. **I**N Sacramentorum administratione ij ritus, & cæremoniæ tantum adhibeantur, quæ in Rituali Romano, sub Paulo V. fel. rec. edito continentur, neq; Parochis, aut alijs quibuscumq; vilo alio Rituali in nostra Diœcesi vti liceat.

2. Memoria retineant Parochi, & assidua secum meditatione reuoluant, se omni temporis momento ad Sacramenta administranda paratos esse oportere; Ideoq; ita vitam instituere debere, vt hæc sacrosancta mysteria dignè tractare possint, memores, si ad tantum

mini-

ministeriũ (quod absit) indignè accedere præsumperint, se æternæ mortis reatũ incurrere. Quod si quis conscius sibi sit peccati mortalis, & habeat copiam Confessoris, & temporis, & loci ratio patiat, prius confiteatur, alioquin saltem cordè verè pœniteat.

3. Cum vero Parochi ad Sacramenta administranda vocabuntur, promptos, & hilares se ostendant, ac statim ad ministerium huiusmodi accingantur.

4. Immo, & per se ipsos, & per Concionatores, sæpe populum admoneant, vt cum casus infirmitatis aduenerit, quam primum ipsos aduocent nulla temporis, aut cuiuscumq; incõmodi, habita ratione.

5. Et nihominus Parochi omni diligentia curent, vt sciant, an aliquis ex suis Parochianis ægrotet, eumq; etiam non accersiti, vltro inuisant, & ad sacramenta suscipienda excitent, benignè consolentur, & omni, qua possunt ope adiuuent.

6. Aegrotos quotidie, & sæpius, si opus est, visitent, nihilq; omninò prætermittant, quod ad spiritualem ægroti salutem pertineat. Pro ipsis infirmis in Missa orent, & alios vt id faciant, hortentur.

7. Curent diligenter ne ægroti superstitiosa remedia adhibeantur, neq; aliquid aliud illis suadeatur, quod in perniciem animæ conuertatur.

8. Constitutionem fel. rec. Pij Quinti, qua Medici prohibentur, ne vltra tres vices ægrotos visitent, qui nõ fuerint sacramento Pœnitentiæ Deo recõciliati, omninò ijdem Parochi obseruari enitãtur.

9. Vbi verò infirmum, vel Dæmonis astutia, vel propinquorum, aut aliorum fallacibus promissis, Sacramentorum susceptionem, procrastinare perspexerint, tunc Parochi, si periculum adesse compertiant, sine mora, ea tamen, qua par est prudentia, & charitate, ægrotum moneant, vt omni procrastinatione postposita, quæ multos ad æterna supplicia perducit, salutem suam consulant, & in hoc, Parochi omne studium, & diligentia ponant, adhibitis etiam in auxiliũ alijs pijs, & religiosis viris.

10. Monemus autem Parochos, & enixè obtestamur in Domino, ne in extremis constitutos derelinquant, sed tunc maximè laborèt, vt eorum animas ex infernalis hostis faucibus eripiant. Ideo quam diutissimè illis assistant, pro illis orent, ad paciẽtiam, & quemeumq; casum fortiter ferendum hortentur, tentationes auertant, cogitationes bonas, peccatorum dolorem intimum, & fiduciam de diuina misericordia inferere conentur, sæpe per confessionem eos Deo reconcilient, ac deniq; illorum spiritus ex hac vita migrãtes, Creatori suo

D 2 suo

suo deuote commendent, quod si alijs curæ pastoralis officijs impediti, expectare vltimum moribundi transitum, non possint, saltem per alium idoneum id munus præstare omnino curent, & demum circa ægrotorum curam, Parochi ea omnia diligentissimè, & magno charitatis seruore ad unguem adimpleant, & exequantur, quæ in Rituali Romano continentur.

11. Qui in aliquo præmissorum defecerit, pœnis pecuniarijs, & censuris Ecclesiasticis arbitrio nostro seuerè punietur.

12. In primis vero caueât Parochi, ne quis ex suis Parochianis ipsorum negligentia, sine sacramentis ex hac vita decedat, alioquin suspensione ab officio, & beneficio, & alijs etiam pœnis, pro culpæ grauitate punietur.

13. Teneantur vero Parochi in libro defunctorum adnotare quâdo aliquis sine sacramentis decesserit, & qua de causa id acciderit; Et qui in Ciuitatibus nostris sunt, infra biduum Vicario nostro, in Diœcesi verò infra triduum, Vicario Foraneo propinquiori denunciare. Vicarij autem statim vocatis defuncti propinquis, vel vicinis, aut quauis alia ratione, quæ ipsis videbitur opportunior inuestigēt, an culpa Parochi id acciderit, & rem totam ad Nos quam primum deferant.

14. Parochum ægrotantem, is, qui vicinior est Parochus, visitet statim, atq; de eius ægitudine notitiam habuerit, eiq; sacramenta debito tempore ministret, ac morientis, animam, religiosi precibus Deo commendet. Omnia deniq; seruet pietatis officia, quæ sunt ad animæ salutem necessaria.

15. Parochi per se ipsos sacramenta ministrent, nisi legitimo impedimento detineantur, quo casu, non aliū substituunt, qui à Nobis prius non fuerit approbatus.

16. Alienis subditis, nisi de ipsius Parochi, vel nostra licentia, vel vrgenti necessitate, sacramenta non ministrent.

17. Antequam ad ministrandum accedant, si tempus id permittet, oratione, & meditatione eius actionis, quam perficere debent, se præparent, & Rituale præuideant.

18. Decenter, & cum magna grauitate ministrent, veste talari decenti, ac superpelliceo, & stola sint induti, adhibeantq; Clericum, cum superpelliceo, si fieri potest.

19. In ipsa administratione intenti sint ei actioni, quam explicant, ac actualem attentionem habere procurent, licet enim virtualis sufficiat, cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, tamen multo

con-

conuenientius est eum, qui tam sanctis ministerijs fungitur, non solum corpore, sed & mente, ac animo, actu ipso, præsentem esse, & cogitare quid faciat.

20. Formas distinctè pronuncient, orationes quoque non deglutendo, sed clarè, & intelligibiliter legant.

21. Curent omni studio Parochi, vt sacra supellex, & vasa omnia ad sacramentorum administrationem necessaria, & pertinentia, mundissima, ac nitidissima retineantur.

22. Ante sacramentorum administrationem, eorum vim, & vsum, Parochi explicent, omniq; studio enitentur, vt suscipientes, ad ea deuotè, & reuerenter accedant. Quod etiam sermonibus ad populum, Dominicis, & festis diebus habitis, consequi studeant. Idq; præsertim ex Catechismo Romano, quem propterea omnes Parochi, & alij ad curam animarum admissi, vel latina, vel vulgari lingua, apud se habere, omnino teneantur, sub pœnis, nostro arbitrio, imponendis.

23. Ad maiorem sacramentorum reuerentiam, à ieiunijs quantum fieri potest ministrentur, & suscipiantur.

24. Suscipientes sacramenta, arma deponant.

25. Idem studeat Parochus, vt faciant ij, qui baldachinum sanctissimi Sacramenti deferunt, ac etiam patrini, qui baptizatum de sacro fonte suscipiunt, vel confirmatum tenent.

26. Hortentur etiam mulieres, vt non nisi cooperto, & velato capite, iuxta præceptum Apostoli, sacramenta suscipiant, & viros, vt cirros tondeant, ac deniq; vt non solum interno, sed etiam externo, omni cultu, tanta mysteria venerentur, memores se in omni spiritu humilitatis, & sanctæ pietatis studio adesse oportere.

27. Non solum autem infirmis, sed & sanis hilariter, & promptè sacramenta Parochi ministrent, immò illos incitent, & ad sacramenta sanctissima Eucharistiæ, & Pœnitentiæ sæpius sumenda, cohortationibus accendant, & vt omnes sui Parochiani saltem in Natali Domini, & alijs maioribus solemnitatibus confiteantur, & communent, omni qua possunt diligentia studeant.

28. Cauent diligentissimè Parochi, & alij sacramenta ministrantes, ne pro sacramentorum administratione, aliquid directè, vel indirectè, signis, vel verbis, aut alia quacumq; ratione petant, & id sub pœna suspensionis, & alijs arbitrio nostro imponendis.

29. Immò, vt omnis auaritiæ, & simoniæ suspicio eliminetur, iubemus, ac etiã sub nomine elemosinæ, vel alio quouis titulo, & colore, quid

quid exigatur, exceptis candelis, & lintheolis, quæ in baptismo solent offerri. In extrema vero unctioe vasa, seu laces, vel patinas asportari, omnino prohibemus; sed illas si aliquid ex oleo sacro cõtigerit medulla panis bene mundatas, Dominis relinqui mandamus.

30. Qui sacramenta, vel sacramentalia ad malum finem alicui tradiderit, penam excommunicationis ipso iure incurret, si vero non ad malum effectum dederit, pro modo culpæ arbitrio nostro seuerè punietur.

31. Claves Tabernaculi sanctissimæ Eucharistiæ, & sacrorum oleorum, ac fontis baptismalis, Parochus semper apud se custodiat, neque alteri tradat, nisi necessitas aliud postulaerit, quas duplicatas haberi mandamus.

32. Sacerdotes, qui sacra olea, vel quid aliud sacrum attigerint, manus diligenter lauent, & si opus fuerit, medulla panis tergant, & lotionis aqua in sacrarium effundatur.

33. Pro accipiendis sacris oleis, à Cathedrali Ecclesia, & illis ad usum conseruandis adsint in qualibet Parochiali Ecclesia, tria vasa stannea, quorum opercula spiratim elaborata ora dictorum vasorum optimè claudant, nè effundi aliqua ratione valeant. Vascula litteris distinguantur, & capsula sua clauis munita includantur in qua tria sint locula pro singulis vasculis, in armario iuxta constitutione fel. rec. Episcopi Bentiuoli, constructo, asseruentur, quod panno serico intrinsecus vestiri mandamus.

34. Ad hæc in qualibet Parochiali adsint duo parua vascula argentea, vel saltem stannea, & non ex alia quacumque materia, quæ vascula sint simul iuncta, litterisq; extrinsecus distincta, in eorum altero sacrum Chrisma, & in altero oleum Catechumenorum, cum gossipio, siue bombice asseruentur ad usum baptismi.

35. Habeat præterea vnaquæque Parochialis aliud vas argenteum litteris extrinsecus notatum, ad retinendum oleum infirmorum pro usu quotidiano, quod bursa serica, cum cordulis, quibus collo appedi possit decenter includatur.

36. Eadem parua vasa, quæ ad usum baptismi deseruiunt in Ciborio baptisterij, vel in armario, de quo supra asseruentur. Vasculum vero pro oleo infirmorum, vel in eodem loco, vel in Sacristia in loco clauso, cuius clauis sit pene Parochum, poterit recondi. Prohibemus autem ne oleum infirmorum, vltius domi per Parochum detineatur, quod si ob distantiam domus ab Ecclesia Parochiali, vel alia iusta de causa, oleum prædictum retinere in domo Parochi

neceffe

neceffe fuerit, id non nisi à Nobis obtenta licentia fiat, & tunc in aliqua capsula decenti, & bene clausa, cuius clauis sit semper pene Parochum recondatur.

37. Omnes administrantes sacramenta, etiam regulares, & exempti, à Cathedralibus nostris tantum, olea sacra accipiant.

38. Candelæ benedictæ in festo Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, domum non mittantur, sed præsentibus tantum in Ecclesia distribuantur, nisi infirmitas, aut alia legitima ratio aliud suadeant. Eadem candelæ in Processione accensæ deferantur.

39. Parochi populo exponant tum mysteria huius sacri ritus, tum utilitates salutes, quas à Christo Domino, qui est verus Deus, & splendor lucis æternæ, intercessione, & meritis Beatissimæ Virginis, Ecclesia precibus impetrare nititur, vt fideles in illius honore candelas eò die benedictas deuotè gestantes, eas consequi valeant.

40. Quarum præcipue sunt, vt candelæ huiusmodi valeant ad fanitatem animæ, & corporis.

41. Vt de locis, vbi acceduntur, Dæmon, & quidquid ars Dæmonis molitur, machinaturuè, depellatur.

42. Vt mentes, & corda fidelium igne, & splendore sancti Spiritus accendantur, atq; illustrentur, ac depulsis vitiis tenebris videant, quæ sint Deo grata, & salutis vtilia, vt ignis claritatis, cum lumine fidei in animis accendatur, quo ad lumen æternum vitæ cælestis perducantur.

43. Sacrorum Cinerum ritus in Ecclesia Dei antiquissimus est, ac non solum ad significandam, sed ad excitandam etiam penitentiam introductus. Quare Parochus in die Cinerum, populum salutes utilitates doceat, quas in eorum benedictione, multis rationibus, Ecclesia à Deo petit, vt fideles, religiosi animi pietate, & humilitate, cõtritoq; corde ad eam actionem conueniant, ac seriò secum statuunt illos ieiunij dies in amaritudine animæ suæ producere, ob peccatorum satisfactionem.

44. Hæ autem utilitates, quas Ecclesia à diuina bonitate precatur, hæ præter cæteras sunt.

45. Vt fideles ad intinam cordis humilitatem excitentur.

46. Vt in eos benedictio cælestis descendat, qua adiuti, verè, intinèq; toto animo, peccata doleant recogitantes, ob hominis peccatum, terram maledictam fuisse, nosq; iterum in cinerem, ac terras redituros.

47. Vt detur corpori valetudo, ad penitentiam peccatorum peragen-

peragendam, vt anima diuino auxilio protegatur, vt à Deo impetremus, quæ ad illius voluntatem petimus, vt constanti animo in bene agendo perseueremus.

48. Præterea Parochus die Dominico Palmarum exponat populo rationem illius mysteriosi ritus, qua Ecclesia consuevit ramos palmarum, & oliuarum solemniter benedicere, vt eos fideles gestent, & deinde religiosè, atq; decenter asseruent, vt excitati fideles, pio, & religioso animo, sacræ huic actioni intersint, easq; salutes utilitates, & spirituales fructus consequantur, quos à Deo eis Ecclesia precatur, sunt autem hi præcipuè.

49. Vt accipiant mentis, corporisq; vim ad salutis opem, Deiq; gratiam implorandam.

50. Vt quemadmodum rami, folijs virent, ita opera nostra, & iustitia, & omni virtute sancta florentissima sint.

51. Vt sicut populus Hæbreus Christo ramis obuiam factus, vnà cum eo Hierosolimam ingressus est, ita nos sanctissimis officijs, atq; pijs operibus Domino obuiam procedamus, eiusq; vestigia secuti in Cælestem patriam, eo auctore, & duce recipiamur.

52. Vt veluti Christus de Sathana hoste, Cruce sua triumphauit, sic nos quam sæpissimè id animo repetamus, vt Christi amore incēdamur, ad pugnam, & ad victoriam de dæmone, & carne, & mundo reportandam.

53. Vt quocunq; hi rami introducentur, illius loci incolæ, benedictionem Dei consequantur, omniq; re aduersa propulsata, virtute Altissimi defendantur.

54. Parochus etiã Sabbatho sancto, domos aqua benedicta aspergat, aliosq; benedictionum ritus, qui in Rituali continentur, restituere studeat, eorumq; mysteria, & utilitates, populo exponat.

55. Aquam item sale cōspersam, Parochi singulis diebus Dominicis benedicat, populoq; explicent maximas utilitates, quæ fidelibus illa se piè, ac deuotè aspergentibus proueniunt, quæ ex orationibus, quæ in ipso Rituali habentur, Parochus facillè colliget. Populum præterea hortetur, vt eandem aquam benedictam, quilibet domi retineat, eaq; se, & familiam, ac domum sæpe aspergat.

*De Baptismo. Cap. XVI.*

1. **B**aptismi Sacramentum, cum sit omnium Sacramentorum, atq; Religionis Christianæ ianua, principium, & fundamentum,

mentum, fidelibus omnibus maximè est necessarium; Qui enim eo regeneratus non est, in vitam æternam ingredi non potest. Quare monitos esse volumus omnes Parochos, & alios ad quos huius sacramenti administratio pertinet, vt in illo conferendo summa vigilantia, & diligentia vtantur, ne ipsorum incuria aliquis ab hoc tam necessario sacramento exclusus maneat, nè vè aliquid indecenter, & contra eius sanctitatem admittatur.

2. Habeant igitur semper parata omnia ad baptizandum necessaria, & in primis baptisterium in qualibet Parochiali Ecclesia ad formam à bo. mem. Episcopo Bentiuolo in ipsius Synodo præscriptam omnino extruatur.

3. Baptisterium autem huiusmodi, si commodè fieri poterit, bipartitum sit, ita tamen, vt vna pars, sit maior altera, in eaq; maiori aqua baptismalis asseruabitur, in altera vero minori, aqua dum baptizatur, & super caput infantis effunditur, recipietur, & per foramen, quod in columnella, vel alio sustentaculo baptisterij fiet, in cisternulam subterraneam, ad id extructam dilabatur.

4. Quod si id commodè fieri non poterit, saltem prope baptisterium adsit sacrarium, & aqua ex capite infantis defluens in vase, fictili ad id specialiter parato excipiat, & in sacrarium effundatur.

5. Nullo autem pacto aqua, qua infantis caput abluetur in aquam baptismalem relabatur.

6. In summitate Ciborij, Crux collocetur.

7. Ciborium autem ipsum intrinsecus panno serico vestiatur, extrinsecus vero conopœum adhibeatur, quod totum Ciborium contegat, conopœum vero sit ex serico, vel subserico, aut saltem ex tela alba, vel cerulea depicta.

8. Ciborij valvæ non intrinsecus, sed extrinsecus aperiantur, & adeo amplæ sint, vt ministerium baptizandi commodè explicari possit, sera vero, & clauis firmissimè muniantur.

9. Nè vero baptismalis aqua immunditijs coinquinetur, ultra cautiones, quæ in decretis Synodalibus prædictis continentur, tabellam ligneam apponi iubemus, quæ inter ciborium, & baptisterij vas collocata, fontem occludat, ita tamen apposita, vt cum infans baptizandi sunt facillè amoueri, aut aperiri possit.

10. Ad baptisterium aliquibus gradibus ascendatur, & illius pavementum ita latè pateat, vt Sacerdos, & Patrini, dum sacramentum administratur, intra illud commodè consistere possint. Cancellam ligneam, quibus baptisterium circumseptum fuerit, non aperiantur, nisi

E quando

quando baptismus administrandus erit.

11. Parochi sæpe ad Altare populum instruât de modo baptizandi in casu necessitatis, obstetrices vero particulariter, & summa cum diligentia edoceant, materiam huius sacramenti esse aquam naturalem. Obstetrices autem nullatenus huiusmodi officium exerceât, nisi à nostra curia approbatæ.

12. Et quoniam ad Parochum pertinet baptismi sacramentum ministrare, mandamus, quod nullus alius audeat illud alicui cõferre, nisi à Nobis fuerit ad id approbatus, & de licentia ipsius Parochi. Verum quia in multis Parochialibus deest fons baptismalis, statui-mus, quod quando quilibet Parochus voluerit subditos suæ Parochiæ baptizare, teneatur ille, qui curam dicti fontis baptismalis habet, clauem, & alia necessaria ei assignare, quod tamen non intelligatur quando non subditos baptizare voluerit, & id etiam habeat locum in Cathedralibus nostris Montisfalsici, & Corneti.

*De Confirmatione. Cap. XVII.*

1. **I**nfiniæ bonitati, ac sapientiæ Dei optimi maximi conueniebat, vt fidelibus post spiritualem regenerationem, in Baptismi sacramento, concessam, vim, & robur ad augmentum gratiæ præstaret; id quod in hoc præstantissimo sacramento adimpleuit, virtute enim confirmationis fideles auferunt, perfectum animi robur recipiunt, contraq; inuisibiles hostes ita instruuntur, vt nullo penarum, suppliciorum mortis periculo, aut metu, à veræ fidei confessione deterreantur. Ideo inquit Diuus Augustinus, sit signaculum in fronte, tâquam in sede pudoris, nè Christi opprobrio christianus erubescat, quin illud potius præferat, de illo gloriatur, de illo fidat, ex illo animum sumat viriliter contra hostes pugnandi. Quare Parochi dabunt operam, vt à nemine, tale, tantumq; beneficium negligatur, immò verò quando Episcopus huius sacramenti administrationem, obiturus erit, per octo dies ante, eius virtutem, vim, dignitatem, & fructus vberrimos breuiter, ac dilucidè explicabunt, vt Confirmandi, summa, cum pietate, ac religione, ad illud suscipiendum se se præparent.

2. Moneant Curati in hoc sacramento eandem cognationem contrahi inter confirmatos, eorumq; parentes, ac susceptores, quæ contrahitur in baptismo. Ideo eam cognationem, non esse minoris faciendam, neq; parentibus permillum filiorum suorum, esse paternos,

3. Ar-

3. Arcendi sunt à receptione huius sacramenti, amentes, infideles, excommunicati, interdicti, atq; publici peccatores, donec resipuerint, quod etiam ad susceptores extendimus.

4. Regularibus etiam omnibus, à sacris Canonibus interdicta est facultas tenendi confirmandos.

5. Nullus alteri confirmando patrocinetur, qui hoc eodem sacramento insignitus prius ipse non sit, quiuè fidei rudimenta nesciat, nisi aliud quandoq; necessitas, & locorum, ac personarum ratio postulare. Neq; natiu minores, grandiores suscipiant.

6. Eadem die nullus plures duobus, aut tribus Confirmandis, cõpatrem se præstet.

7. Mares pariter à maribus, & femina vicissim à feminis suscipiatur, ita tamen, vt vnus tantum, aut vna tantum, siue ad summum duo suscipiant.

8. Non refert, an susceptores sint consanguinei, modo neq; pater sit, neq; mater.

9. Accuratè provideant Parochi, ne confusè omnibus, sed seorsim viris, ac mulieribus sacra vnctio ministretur, propterea in altera parte mares, in altera feminas statuent.

10. Omnes autem moneant, vt suo cuiq; loco nixi genibus, iunctis antè pectus manibus, colloctionibus vanis, vociferationibus, ac strepitu penitus abstinentes, pias ad Deum preces fundant.

11. Minores septennio ad hoc sacramentum, adulti vero non nisi confessi, vel saltem contriti, cum proposito quam primum confitèdi, non accedant.

12. Moneant, hoc sacramentum iterari non posse, quemadmodum enim grauius reprehendendi sunt, qui per negligentiam præmittunt, ita planè sacrilegi, qui id repetere non verentur.

13. Sacerdotes statim post administratum hoc sacramentum, bõbice abstergant frontem confirmati, & candida cingant fascia, quæ ante posterum diem non tollatur, ablata vero cum bombice comburatur, & cineres in sacrarium immittantur.

14. Parochi confirmatos adnotent in libro, quem retinere debent, iuxta decretum positum in titulo de officio Parochi.

15. Confirmati ab Ecclesia non discedant, nisi post absolutam totam actionem huius sacri mysterij, obtentamq; generalem benedictionem.

**D**E augustissimo Eucharistia sacramento leges instituturi , communem rerum parentem, naturam imitabimur, quæ & si singulas humano in corpore partes, admirabili quodam ordine, studioq; construxit: in cordis tamen structura, loco, atq; ratione ponenda plurimum comperimus insudasse; non solum enim medio in pectore, tamquam Imperatoris in aula, collocauit; verum etiam sanguinis præsidio, hepatis custodia: ossium aggere, spirituum satellitio, facultatum propugnaculis muniuit, & sepit. Ut ex tanto operis artificio, naturæq; conatu, cor vniuersæ corporis Reipublicæ Principem, Regemq; esse designatum, innotescat. Ita nos admirabile Christi corpus, panis, viniq; speciebus regijs quasi præinctum, indumentis, eximio in Altari, vt aureo in folio commorantem, Regem Regum, vniuersorum Dominum, sacramentorum excellentissimum, Ecclesiæ cor, maiori quodam cultu, ornatori apparatu, plurimisq; sanctionibus, quam reliqua sacramenta muniendum curabimus. Ut ex ipsa de foris apparente maiestate, exterioriq; ornatu, ipsum esse beneficiorum largitorem, gratiæ authorem, hominum seruatorem, fidelium deniq; cor, deprehendant vniuersi.

De Tabernaculo.

1. Tabernaculum in qualibet Ecclesia Parochiali habeatur ligneum ex tabulis populeis, quæ ad arcendam humiditatem aptiores sunt alijs lignis, inauratum à parte exteriori, ornatumq; decentius, quam fieri poterit, præsertim pijs historijs, & imaginibus, clauem munitum, amplum pro ratione Ecclesiæ, & Altaris, intus totum circumdandum panno serico. In eius summitate sit imago Christi resurgentis, vel Crux, si in Altari Crux aptari non potest, bene firmiter, vel super sua basi, vel super ligneo Altaris scabello, quod decenter sit ornatum. Distet à fronte Altaris ad minus cubito vno, & vncijs sexdecim, non tamen ita distet, vt ad promendam sanctissimam Eucharistiam, scabello ligneo opus sit, vel alijs incommodè promatur, nisi situs, & illius structuræ ratio, aliud necessariò postulent.

De Vasis, & Pyxidibus.

2. Sub Tabernaculo, armariolū nullam sit, neq; aliquid Ecclesiæ supellectilis adferuetur, & multo minus in Tabernaculo; intus etiam Corporale substernatur, super quo Vasa, & sacræ Pyxides reponendæ erunt, & clausis per Parochum diligenter custodiatur.

3. Ad vsum sanctissimæ Eucharistia, tres debent adesse Pyxides, prima ad seruandum sanctissimum Sacramentum, secunda ad illud infirmis deferendum, tertia ad populum communicandum, poterit tamen,

tamen, vbi tres Pyxides parari non possunt, vna & eadem pro delatione ad infirmos, & pro communicando populo deferuire.

4. Aduertendum est autem, quod vbi populus per agros dispersus, longe ab Ecclesia abest, pro Eucharistia deferenda, aliud Vasculum parari debet, quod bursa, siue sacco serico inclusum caute deferatur, adhibitis, quæ infra dicentur, vbi de administratione sacramenti infirmis agatur.

5. Præter hæc Vasa, debet adesse ostensorium ad sacratissimam Eucharistiam in processionibus deferendam; quod volumus esse argenteum, vel saltem æreum deauratum, decenterq; ornatum, cum luna, quæ omnino sit argentea.

6. Pyxides sint ex argento deaurato, cum pede firmo, altitudinis sex vnciarum, & in medio, nodum habente non impediendo quo minus facile capi, ac retineri queat.

7. Cupa sit, forma conuenienti, operculum bene claudat, & insummitate adsit crux parua.

8. Præ inopia tolerabimus Pyxides ex auricalco, vel ære inaurato.

9. Habeat quælibet Ecclesia Parochialis Vas purificationis, quod non sit ad formam Calicis constructum. In Calice verò nunquam purificatio laicis præbeat, nec infirmis in operculo Pyxidibus.

10. Cyathi ad vinum reponendū pro vsu purificationis sint stannei, vel vitrei.

11. Quatuor adsint pro colorum varietate Conopsea magna, vel si non possunt propter paupertatem, saltem vnum adsit rubei, vel cerulei coloris. Ample pateant pro Tabernaculi magnitudine.

De Conopseis.

12. Conopsea parua Pyxidibus eodem modo fiant.

13. Sacculum Pyxidibus quæ deferuntur ad loca remota, sit in modum burse, ita, vt bene claudat, & ad collum appendi possit.

14. Baldachinum, siue umbella duplex fieri debet, alterum pretiosius ad vsum processionum ex serico, cum fascijs duplicibus, vndiq; duodecim vncijs pendentibus lacinijs, & filamentis vndiq; ornatis, & cum hastilibus depictis. Alterum verò minus pretiosum, saltem ex camelotto ad vsum deferendi sanctissimam Eucharistiam infirmis. Umbella vero ad deferendam Eucharistiam in locis remotis, sit ex corio, & in orbem ducatur, eiusq; diameter pateat cubitis tribus, & fasciola circumdetur filamentis circulatim appensis ornata.

15. Lampas ante sanctissimum Sacramentum continuè ardeat, idq; impensis eorum, qui hucusq; talem impensam facere consueverunt, & lampades sint impares.

15. Lam-

16. Lampadariū sit decens è regione Altaris, nunquam autem è latere constitutum, & tam longe distans ab Altari, vt Sacerdos, & Ministri ex oleo stillante inquinari non possint, & sit altum à pavimento Ecclesiæ ad minus septem cubitis.

17. Cum vna tantum lampas accendenda erit, ea accendatur, quæ est in medio collocata.

18. Vela humeralia duo adsint ad vsum deferendi sacramentum Eucharistiæ ad infirmos.

19. Laternæ item grandiores duæ.

20. Pluuiale vnum ex camelotto cum stola ad eundem vsum.

21. Tintinnabulum quoque gestatorium.

22. Mappulæ oblongæ quatuor latitudinis cubitorum duorum ad operiendā scabella, quibus vtimur, dum in Ecclesia sacramentum Eucharistiæ ministratur.

23. Mappulæ item breuiores ad deferendum infirmis, quæ longæ sint cubitis tribus, latæ circiter cubiti duobus.

24. Scabella item oblonga ad vsum administrandi hoc sacramentum in Ecclesia, tot quot necessaria erunt, pro quantitate populi.

25. Corporale semper portetur ad infirmos, super quo Pyxis reponenda erit.

26. Vas item ablutionis pro Sacerdote digitos abluente, ne id in priuatis vasculis, vel poculis fieri contingat, quod indecentissimū est.

27. Tot particulæ asseruentur, quot pro ratione populi necessariae iudicabuntur, non tamen sint minus quinque, & eæ singulis hebdomadis omnino renouentur.

28. Conficiantur autem tam particulæ, quam hostiæ per Sacristanum, qui sit Clericus saltem minorum ordinum. singulis ad summū quindécim diebus ex farina azima, & nullo modo fermentata, confecta ex tritico mundissimo.

29. Ad hunc vsum adsint in Sacristia ferrū ad hostias conficiendas, ferrum pro hostijs retondendis, & particulis, vasculum, seu capsula ad seruandas hostias, vasculum item, seu capsula ad seruandas particulas.

30. In Missa administratur ante ablutionem, ad hoc vt reliquiæ à Sacerdote sumi possint.

31. Cum extra Missam administratur, Sacerdos superpelliceo, & stola indutus maneat, duæq; candelæ ad minus in Altari luceant, necnon ante Altare ad minus duo alij cerei, quod obseruandum erit quandocumq; sacra Eucharistia extra Tabernaculum manet.

Immò

Immò tunc si ad longum tempus ibi permanenda erit, duplicandi erunt cerei.

32. Adolescentuli, qui pariter ad hoc Sacramentum accedunt, à Parocho prius, per aliquot dies, instruantur.

33. Dum sacra Eucharistia administratur, Parochus breuibus quidem, sed affectuosis verbis, cōmunicantes alloquatur, in memoriam illorum reuocans dignitatem huius tremendi Sacramenti, & quanta puritate, fide, ac deuotione, quam demisso, & humili gestu, modesto habitu, non fucato vultu, nec pretiosis vestibus induto corpore, ad illud accedendum sit, ne iudicium sibi manducare cōtingat.

34. Notorios peccatores Parochus non admittat etiam confessos, quousq; manifestam aliquam de suis peccatis satisfactionem exhibuerint. Occultos autem peccatores, occultè petentes repellat, non autem si publicè petant, & sine scādalo eos præterire nō possit.

35. Sacra communione peracta, Sacerdos in vase purificationis digitos abluat, & si celebrauerit, ipse sumat, sin minus, communicatis sumendam tradat.

36. Caueant Parochi, & alij Sacerdotes, nè ante, vel post communionem vasculum aliquod vel proponant ipsi, vel ab alijs proponi permittant, quo eleemosinas accipiant, ne vllam in sanctissimo hoc ministerio sordidæ auaritiæ speciem, atq; vmbra fidelibus præbeat.

37. Parochi non communicent in Paschate, nisi sibi confessos, vel qui fidem afferant se alteri Sacerdoti, à Nobis approbato, confessos fuisse.

*De administratione in Paschate.*

38. Confessores nomina penitentium apud se descripta retineāt, illisq; fidem dent, quam Parocho exhibere possint.

39. Iter agentibus ministretur, eorum nomina, cognomina, & patria describantur.

40. Qui ex itinere reuertuntur, fidem afferant de susceptione, aliàs vt non communicati habeantur.

41. Post octauam Paschæ Parochi nomina communicatorum, & non communicatorum ad Nos deferant sub pœna arbitrio nostro, quod vt facilius quilibet Parochus præstare possit, curet diligenter, vt dum ipse tempore Paschatis populo Eucharistiam ministrat, Clericus à singulis adhuc post ablutionem acceptam, genuflectentibus schedam exigat, in qua proprium nomen, & cognomen scriptum sit, quæ quidem nomina, & cognomina sic exhibita Parochus ordine alphabeti quotannis in librum referat, conferatq; cum libro, iuxta eundem ordinem conficiendo, pro animarum sibi commissarum statu,

statu, vt qui in Paschate cōmunionem sumpserint, quiuē nōn, facile comperiat.

42. Tertia Dominica Quadragesimæ Parochi annuncient populo dispositionem Capituli. Omnis vtriusq; sexus. Idq; vt Concionatores faciant, pariter omnino curent.

*De modo defen-  
tendi ad in-  
firmos.*

43. Populus primum aliquo interuallo certis campanæ ictibus admoneatur, vt conuenire possit vnā cum Confratribus Societatis ad sanctissimam Eucharistiam sociandam.

44. Deinde Sacerdos indutus superpelliceo, cum stola, & cum velo humerali, ac Pluiali sub baldachino in Pyxide ad id destinata, sanctissimam Eucharistiam deferat.

45. Adhibeatur saltem vna laterna, hasta infixā, cerei accensi, tintinnabulum paruum gestatorium, & vas aquæ benedictæ, cum aspergillo.

46. Sacerdos in via dū procedit, & reuertitur, Psalmos Penitentiales, vel alias preces intelligibili voce deuotē recitet, duas ad minus particulas deferat, si infirmus non longe absit, & in Tabernaculo aliquas particulas semper relinquat.

47. Quod si aliquo casu vnā tantum particulam deferat, in re-  
ditu, exuto superpelliceo, & stola, ac extinctis luminibus ad Ecclesiā reuertatur, vt omnis idololatranti occasio à vili plebe tollatur.

48. Antequam ad infirmum accedat, diligenter se informet, si sit confessus, item si sit in tali dispositione corporis, quod sine periculo vomitus, aut alterius scandali sumere possit.

49. Si opus fuerit, postquam accesserit, infirmum reconciliet ante communionem, piē eum admoneat de dignitate Sacramenti, illudq; ad deuotē sumendum excitet.

50. Post communionem digitos abluat in vasculo non in operculo Pyxidis, & infirmo propinet, curetq; omnino, vt antequam discedat, infirmus sanctissimam hōstiam deglutiat.

51. Reuersus ad Ecclesiam, populum benedicat, Indulgentias annunciet, ad precandum pro infirmo hortetur, & ad similia operā pietatis adstantes excitet.

52. Cum vero infirmus longē abest, maximē hyemis tempore, tunc vna tantum particula in vasculo, ad id destinato, cautē, & deuotē portetur in bursa collo appensa. Adhibeaturq; umbella ex corio, de qua supra, nec non laterna hasta infixā, Sacerdosq; superpelliceo, & stola indutus procedat, aliaq; adhibeat, quæ pro loci, & temporis qualitate ad reuerentiam tanti Sacramenti adhiberi poterunt.

53. Post

53. Post ministratam vero sacram Eucharistiam infirmo, stolam, & superpellicem deponat, ac extinctis luminibus, occultatoq; vasculo, sine tintinnabuli sonitu ad Ecclesiam redeat.

54. Oleum infirmorum pariter deferat, & extremam vnctionem administret quando grauitas infirmitatis poposcerit.

55. Feria quinta in Cœna Domini Sacerdotes omnes, qui ante, non celebrauerint, & Clerici, in Missa communicentur.

56. Societatem sanctissimi Corporis Christi in vnaquaque Parochiali Ecclesia, Parochi instituendam curent, vbi hæctenus non fuit instituta.

57. Processionem à Confratribus singulo mense, quanto fieri poterit decentius, Parochi fieri, omnino curent, id etiam fiat in processione diei festi sanctissimi Corporis Christi.

58. Quadraginta horarum oratio in singulis Parochialibus quottannis in aliquo festo solemniori, semel ad minus habeatur, sed Parochi moneant populum, & hortando, & adiuuando efficiant, vt sepius fiat, vel saltem in solemnioribus festis, & Dominicis, quibus, processio per Confraternitatem fit, sanctissimum Sacramentum in Altari adorandum, per totum illum diem retineatur, & vbi id fieri potest, semper vnus Sacerdos, cum superpelliceo, & stola, ad custodiam sanctissima Eucharistiæ, partitis ad id inter Sacerdotes, horis assistat, quod si id fieri non possit, saltem Clerici, cum superpelliceo adhibeantur, & si id nec etiam adimpleri poterit, Confratres Societatis, saccis induti, hoc præstent.

59. Parochus quoque inter Confratres, & alios suæ Parochiæ viros pios, horas partiatur, & præscribat, quibus, quisque ad venerandum sanctissimum Sacramentum adfistere debeat, in omnibusq; ita se diligenter præbeat, pro ut tanti Sacramenti cultui maximē conueniens, Sacerdotem negligentem circa Eucharistiam, puniendum esse suspensione trium mensium ab officio.

*De Sacrificio Missæ. Cap. IXX.*

**I**nter illa cocutientis nationis sacrificia, tubarum strepitu, hoc identidem Tubicines renouabant edictum: Adoratum, sedeant Sacerdotes, Qua sententia non tam externum corporis statum; quam animi designabāt conditionem, nec membris otiosos, sed mente volebant intentos: vt demandatum sibi munus, pietate, potius, quam pompa conficerent. Vtinam præpotentis Dei Sacerdotes,

F dotes,

dotes, illorum vsurparent sermonem. quorum gestis aduersantur, & religione excellere, quos superant dignitate. Eo profecto sacro pietatis affectu, ea facerent cordis munditia, vt singuli cognoscerent antiquos fictiles Idolorum imagines: fideles vero, verum Deum adorare. Sed quia hanc animi preparationem, & internum hominis apparatus, suadere possumus, cogere non valemus, tanti sacrificij expedites maiestatem, exteriorum saltem ceremoniarum pompam, apparentem cultum, omni cura peragendum mandamus.

*De Missa Conuentali.*

1. In festis igitur celebretur, cum Diacono, & Subdiacono, & in Cathedrali Montisfalsci, Cappellani, per orbem, suppleant officia Diaconi, & Subdiaconi, sub pena iuliorum trium applicandorum eis, qui sequens in ordine, eius vice supplebit. Corneti vero Diaconi munus persoluant Canonici per orbem, Subdiaconi vero Sacristanus, vel vnus ex Clericis, qui per Capitulum retinentur eorum tamen qui in sacris erunt constituti, & ibidem Sacristanus in Missis ferialibus cantet Epistolam.

2. Soli Canonici in festis cantent Missas Conuentuales, diebus vero ferialibus seruetur consuetudo.

3. Si non adfit, qui Missam Conuentualis celebrare tenetur, sequens in ordine suppleat, & lucretur iulios tres pro pena ab eo, cuius id muneris erat persolvendum, ultra penas in titulo de distributionibus quotidianis indictas.

4. Feria secunda non impedita extra tempus Paschale cantetur Missa pro defunctis; prima vero die mensis non impedita celebretur pro defunctis Sacerdotibus.

5. Quando cantatur Missa pro defunctis, non omittatur Missa Conuentalis, sicut in Quadragesima, in festis, omitti non debet Missa de feria.

6. Non accedant Canonici, & Capitulum Collegialiter ad alias Ecclesias, gratia celebrandi, nisi prius persolutis Diuinis officiis, & Missa Conuentali, in Cathedrali, vel Collegiata.

7. Diaconi, & Subdiaconi prius quam e Sacristia exeant, Epistolam, & Euangelium legant, & cantent, quod vt faciunt, Decanus, & Archidiaconus operam suam prestabant.

8. Antequam Sacerdos pro Missa Conuentali paretur, adfint Accolyti, Ceroferarij, & alij Ministri, vt rite, ordinateq; procedatur.

9. Quando Pontificalia Nos celebrare oportebit, Decani, & Archidiaconi munus sit, ante prescribere officia vnusquisq; qui huic ministerio inferuire debet.

10. In

10. In Missis Conuentalibus non exeant de Choro, gratia incensandi, nisi pro Magistratu.

11. Dum Missa Conuentalis celebratur, omnes cantent, nec quisquam taceat, officium recitet, vel tacitus oret. Reliqua item, seruentur, quae dicta sunt de modo permanendi in Choro, dum Diuinum officium celebratur.

12. In Collegiatis Ecclesijs qualibet Dominica die, & festo de precepto cantetur Missa Conuentalis.

13. Sacristanus, dum Missa, & Diuina officia celebrantur, non absit ab Ecclesia, nisi de licentia Praesidis Chori.

14. Dum in Missa Parochiali sacra hostia eleuatur, campana Ecclesiae pulsetur; vt tam fideles, qui praesentes sunt, quam etiam, qui absunt, admoneantur, vt saltem illo breui temporis spatio, se colligentes, animum ad tanti mysterij recordationem excitent. In alijs autem Missis, ipso eleuationis tempore, tintinnabulum paruum pulsatur.

15. In Confraternitatibus Saecularium quocumq; nomine nuncupatis, festis diebus, & praesertim Dominicis, Missa sine licentia Parochi non celebretur, ante quam Parochus in sua Ecclesia, in cuius Parochia illa Societas sita est, Missam Parochialem absoluerit. Si secus fiat, Superiores dictarum Societatum ad idem praestandum, penes a Parocho omnino cogantur, & Sacerdotes, qui contrafecerint, suspensione a Diuinis per mensem a Nobis plecentur.

16. Eligantur duo Sacerdotes periti, qui videant an Sacerdotes, qui hucusq; ordinati sunt, in ritibus, & ceremonijs sint instructi, & qui ab illis non probabitur, a Missa sacrificio erit suspendendus, donec ab illis proberetur.

17. Omittens Missam, quam celebrare debet ratione beneficii, tituli, mercedis, vel substitutionis, incidat penam iuliorum duorum in arcula ad hoc faciendam, & aecomodanda in Sacristia, vt inde sumatur, merces illius, qui negligentium onus exoluerit.

18. Missa non celebretur, nisi duo saltem lumina e cera, vnciarum saltem duarum in Altari ardeant, neq; illa extinguantur, ante vltimum completum Euangelium.

19. Hortamur Sacerdotes, vt curent celebrare Missam concordantem cum officio.

20. Sacerdotes non celebrent in peccato mortali, nisi confessi, etiam si sint contriti, immo hortamur, vt singulis diebus confiteantur; memores, quod septies in die cadit iustus, in minus, saltem singulis

*De preparat. Sacerd. celebran.*

F 2 hebdo-

hebdomadis, nisi cum ob mortalis peccati culpam, frequentius, id facere oportuerit, & singulis mensibus id omnino faciant in Sacrificia, ut ab omnibus videri possint.

21. Ante celebrationem, mentem colligant, & orent postquam sacris vestibus induti fuerint, cum nemine colloquantur, neque loquentibus præbeant aures, de Sacrificia non exeant, nisi cum ad Altare eundem erit, neque per Sacrificiam deambulent.

22. Non nisi veste talari induti celebrent.

23. Antequam ad Altare accedant, Missam prælegant, & suis notanda signis notent, ne errores postea committendo populo præbeant offensionem.

24. Peracta Missa, pro summi beneficii munere, Deo gratias agant, & ne statim vanis colloquijs, & indecentibus verbis utantur.

25. Sacrum peracturi, antequam ad Altaris gradus ascendant, birretum ministro porrigant, ut in clauo, muro infixio appendat. Birretum vero huiusmodi, aut subirretum, vel sudariolum, aliaue huius generis in Altari non ponantur.

*De observandis in ipsa celebr.* 26. Sacerdotes dum celebrant, ab omni capitis, oris, & reliqui corporis indecoro gestu abstineant.

27. Nimia celeritate ne utantur, sed omnia distinctè, & clare legant, & ceremoniasque cum dignitate faciant.

28. Missam legant totam, nullamque partem memoriter recitent.

29. De rebus deperditis, vel furto ablati, aut cuiusvis rei profanae, seculariue negotio, verba non habeant. Peracto vero sacrificio, vestibus exuti, id facere poterunt.

*De vestibus, & alijs ad Missam necessarijs.* 30. Omnia sint munda, præsertim Corporalia, & Purificatoria, & ab Episcopo sint benedicta, non autem à Sacerdote.

31. Vino nigro ne utantur, nisi in casu necessitatis.

32. Manus abluta, linteolo, non mappa Altaris abstergantur.

33. Omnis superstitio tollatur, ut certæ candelæ, vel certa hora, & non alias, & his similia. Nec non omnis avaritia, pactioes, & iliberales eleemosinarum quæstus cessent.

*De Ministro.* 34. Minister sit Clericus, veste talari, & superpelliceo indutus, neque aliter celebretur sub poena arbitrio nostro, & si Clericus haberi non potest, non admittantur criminosi, neque infames.

35. Per Ecclesiam Ministri ne vagentur, etiam gratia colligendi eleemosinas, colloquutionibus, vel candelis venditandis operam ne dent, sed Sacerdoti, ut decet, modeste inserviant.

36. Aduertant Ministri, ne quis gradibus Altaris hereat, vel ne quis

ita

ita propè accedat, ut Sacerdotem perturbet.

37. Adstantes maneant in Ecclesia, non extra, vel præ foribus, nisi necessitas aliud postulet, stent aperto capite, genibus utrisque flexis, religiose, & pie: Gradibus Altaris ne hereant. Non discedant nisi expleto ultimo Evangelio.

38. Sclopettos, Balestas, vel arma hastata ne deferant. Colloquutiones, risus, circumspeditiones, strepitus, clamores, deambulationes, & omnes indecoros gestus vident propè Altare, ne ita accedant, ut Sacerdotem perturbent. De his omnibus Parochus populum admoneat, alias à Nobis punietur.

38. Parochi populum doceant in quibus consistat dignitas, & fructus huius Mysterij, & ut subinde omnis superstitio eliminetur. Exponant sæpe aliquod huius sanctissimi sacrificij Mysterium. Moneant populum, ut diebus Dominicis, & festis suis Parochias visitent, & frequentent.

39. Criminosi notorii non permittantur sacris interesse, ideo non sunt admittendi, & excommunicati denunciati.

40. Agant Parochi cum patribus familias, qui filios, & famulos quotidie bestijs pacendis occupant, ut diebus festis, Missa habeant interesse.

41. Tam Saculares, quam Regulares Sacerdotes debitis tantum horis celebrent, videlicet, nec ante Auroram, neque post meridiem, alijs à Nobis etiã tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, mulctabuntur.

42. Vbi plures Missæ sunt, prima summo mane, reliquæ pro populi commoditate, vltima quanto tardius fieri poterit celebrentur.

43. Cum Sacerdos ad Altare peruenerit, ne cuiusvis expectandi gratia, Missam differat, nec minus illa inchoata subsistat, aut initium repetat.

44. Non celebretur sub poena suspensionis ipso facto incurrenda in aliquo loco, nisi ab Episcopo visitato, & approbato.

45. Qui certo in Altari sacrificare debent, cum obligatione, quam habent, minime satisfecerint, intelligant eorum conscientiam esse grauatam, donec beneficii sui onus impleuerint, & punctabuntur, ac si non celebrassent.

46. Non admittatur Sacerdos peregrinus ad celebrandum, nisi eum Dimissorij sui Episcopi, à Nobis, vel Vicario nostro videndis, & approbandis. Quod etiam volumus habere locum in Ecclesijs Regulari.

47. Litteræ non sint antiquiores mensibus quattuor, & si fuerint antiquiores, habeant etiam testimonium de vita, & moribus ab eo Episcopo, in cuius Diocesi interim fuerint commorati. Aliud verò,

quo

*De Adstantibus.**De hora, & loco.**De Sacerdotio Peregrino.*

quo ad Sacerdotes de longinquis partibus, veluti Hispanos, Germanos, & similes seruandum erit, eorum enim litteræ admittendæ erunt, etiam si datæ fuerint ante sex menses.

48. Qui in aliena Ecclesia celebrauerit, sepeliuerit, vel Sacramenta ministrauerit, sine Rectoris licentia, arbitrio Episcopi punietur.

De primâ  
Missæ.

49. Nullus celebret primam Missam sine licentia Magistri Cerimoniarum, prophana omnia cessent, & illiberales quaestus. Fœminæ in conuiuio non admittantur, exceptis matribus, & sororibus, mensa sit frugalis, & sacra lectio præsertim de dignitate Sacerdotij habeat.

50. Permittitur Sacerdotibus in Missis nouis, uertere se ad populum, & eleemosinas oblatas accipere, non tamen p̄ Ecclesiã deambulare.

Quando Sacerdotes celebrantur.

51. Omnes Sacerdotes Dominicis, & festis solemnibus celebrent, nisi legitime fuerint impediti. Curatos uerò hortamur, ut vel p̄ se, vel alios ita quotidie satisfaciant populo, ut nullus dies incelebratus remaneat, iuxta solitum.

De Tabellis  
Missarum.

52. In qualibet Sacristia seruentur tabellæ Missarum celebrandæ a Capitulis, & alijs Sacerdotibus ratione eorum beneficiorum. Item tabella Missarum in qua adnotati sint, qui, & qua hora singulis diebus celebrare debent. Nec non tabella Anniuersiorum.

53. Nemo pro vno eodemq; sacrificio, plurium eleemosinas accipiat, faciendo tam ratione beneficij, seu Capellæ, quam ex alia obligatione. si quis igitur celebraturus sit ratione sui beneficij, aliã pro eadem Missa mercedem non accipiat, ne maius quam ferre possit pondus sibi imponat, & ne paupertatis intuitu quis in hoc labatur, auctoritate sacrorum Canonum suffulti, statuimus, ut pro vna Missa perpetuò celebranda in posterum sufficiat eleemosina iulij vnus, & ad hanc rationem onera imposita, & imponenda, reducenda erant.

ordo De Penitentia. Cap. XX. in 600 capitulis

Sacerdotalis dignitas, quæ in Christiano populo præfulget, cum Seruatore Christo exorta, naturalis, scriptæq; legis Sacerdotibus longe præcellit, quos, & si magna Deus potestate decorauit, illam tamen ad celi limites non prouexit, sed infra hæc orbis spatia decurrere coegit, ut dum mira quædam perageret nostræ potius facultatis prima poneret elemeta, quam suæ dignitatis iaceret fundamenta: nobis enim datum est, non solum ad cælum usq; pertinere, sed & eius ostia referare, ante Tribunal immensum Iudicis apparere, Iudicij sedes occupare, peccata abolere, animos dura criminum

minum compedi constrictos liberare, gratiam uirtute Sacramenti conferre. Recognoscant igitur Sacerdotes, à Deo sibi traditam beneficij magnitudinem, & uitæ probitate, scientiaq; compensent: ne dum ipsi ceteros diiudicant homines, in diuiniudicij seueritatem dilabantur, & easdem luant poenas, quas alijs condonarunt. Ut autem hoc facilius consequantur, subscriptas meditentur, & adimpleant functiones.

1. Confessarius ante administrationem huius Sacramenti, orando à Deo auxilium petat, & in audiendis confessionibus, explicet penitentiã, & uirtutem huius Sacramenti. In reprehendendo de peccatis, prudenter, & grauius se gerat, neq; ita remissus sit, ut facilitas in absoluedo nutriat peccandi licentiam. In singula peccata, non ita inuehatur, ut erubescencia vnus inducat silentium, ceterorum, sed amabili sermone penitentibus animos addat ad omnia peccata aperienda, & obstetricante manu educat è latebris colubrum tortuosum, curando quantum in se erit, ad uitæ mutationem, penitentem accendere.

2. Nullus Sacerdos, siue Sæcularis, siue Regularis confessionibus audiendis se se exponere audeat, etiam specie reconciliationis, nisi beneficium Parochiale obtineat, aut à Nobis præno examine sit approbatus. Qui extra casum necessitatis ad hoc se ingerit, excommunicationem latæ sententiæ ipso facto incurrat.

3. Approbati ad hoc Sacramentum ministrandum, superpelliceis, & stola in audiendis confessionibus utantur. Regulares uerò eundem habitum adhibeant, quem in Choro ad diuina officia celebranda, adhibere consueuerunt.

4. Penitentes quauis dignitate præditos, Sacerdotes non stando, sed sedendo, & operto capite more Iudicis spiritualis, pro Tribunali sedentis, audiat, nisi aliud temporis, & necessitatis ratio postulauerit.

5. In Parochialibus Ecclesijs adsint saltem duo Confessionalia, cû crate ferrea, vel lignea perforata, extra quæ, sub pœna arbitrio nostro confessiones mulierum non audiantur. In Cathedralibus uerò, saltem quatuor. In ijs sedibus affixa sit aliqua sacra imago, litteræ processus in die Censæ Domini quotannis editæ, Casus Nobis reseruati, & absolutionis forma. In priuatis domibus, neq; in cubiculis Ecclesiæ propinquis, aut in angulis Ecclesiæ ab hominum conspectu semotis, confessiones non audiantur.

6. Mulieres ante Solis ortum, & post eius occasum, ad confessionem ne admittantur, & quando infirmitatis causa, earum confessiones

Visu. Apost. f. 137.

Visu. Apost. f. 137.

fiones in priuatis domibus Confessarius audire debuerit, ostio cubi-  
culi aperto, id faciat. In interrogationibus præsertim puerorum,  
aut puellarum, cæterorumq; rudium, prudens sit, omittendo extra-  
nea à re de qua agitur, ne ignari, antea criminis, cupiditatem in ip-  
sorum animis excitet, non enim omnia ab omnibus, sed personæ  
ac professionis ratione habita, illa tantum, in quæ probabiliter exi-  
stimat penitentem incurrere potuisse, interrogare oportebit.

7. In absoluendo, forma à Rituali Romano præscripta, Confessarij  
omnes vtantur.

8. Curati omnes quolibet die Dominico, conscientia casus inter-  
pretentur, quibus audiendis, tam Sacerdotes, quam cæteros omnes  
Clericos mancipatos esse volumus.

9. Continuetur Congregatio casuum conscientia, à Nobis erecta  
facienda in nostris Ciuitatibus singulis Dominicis, in Diocesi verò  
singulo quoq; bimestri, iuxta præscriptum à Nobis in constitutione  
particulari, inferius registranda.

10. Habeant Confessarij libros ab Ecclesia approbatos, quibus in  
casibus conscientia incidentibus, rectum, & salutare consilium ca-  
pere possint.

11. Canones penitentiales Confessores bene nouerint, vt de pen-  
nitentia, quam cuiq; peccato præscripserunt, confitentes admo-  
neant, vt tanto diligentius à peccatis cauere studeant, quanto in  
penitentibus Canonum, mitigandis, benigniorem in se se Ecclesiam  
experiuntur. Aduertant tamen iidem Confessarij, quod licet non  
teneantur penitentibus imponere penitentiam iuxta rigorem di-  
ctorum Canonum penitentialium, debere tamen quantum spiritus,  
& prudentia eorum suggererit, pro qualitate criminum, & peni-  
tentium facultate, salutare, & conuenientes satisfactiones iniungere,  
quæ non modo ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamen-  
tum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castiga-  
tionem referenda sunt, & non leuissima quædam opera, pro grauif-  
simis delictis temerè imponere, ne ita aliorum peccatis conuincant,  
vt eorundem participes efficiantur, sed potius cælestem Medicum  
imitentur, singulis quibusq; vitijs, præstantissima adhibendo medi-  
camenta, ita vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracun-  
dis mansuetudinem, elatis præcipiant humilitatem.

12. Confessarius, cui pueri, puellæque confitentur, cum ad rationis  
vsam peruenisse cognouerit, vt sacram Eucharistiam à prophano,  
& communi vsu sciant discernere, ne ob suam, parentumue negli-  
gentiam

gentiam, hoc spiritali cibo, vterius priuentur, eos diligenter insti-  
tuere debent, quanta reuerentia, & humilitate ad illud tremendum  
Sacramentum debeant accedere, quantaq; illis supplicia parata sint  
qui indigne suscipiunt, & eis fructus innumeros explicabit, qui ab  
istò sanctissimo Sacramento percipiuntur. His peractis, nullum ex  
his ad istud Sacramentum admittat, nisi duas eius saltem confessio-  
nes continuatas audierit.

13. Curati per octo dies ante Natiuitatem Domini Nostri Iesu  
Christi, & à Dominica Passionis, vsq; ad Resurrectionis octauam in  
suis Ecclesijs continuè maneant, sintq; parati, & expositi cuicumq;  
confiteri volenti.

14. Conscientiam examinent singulorum, qui seuerantur, & qui  
iniquos contractus exercent, neq; quemquam in his casibus absol-  
uant, nisi facta restitutione. Concubinarios notorios, & eos, qui  
spretis monitionibus, quæ ordinaria authoritate, pro deperditis, aut  
subtraçtis rebus in dies decernantur, & euulgantur, in contumacia  
perseuerant, nemo, nisi dimissa concubina, & renelatione sequuta,  
respective absoluat.

15. Publicam penitentiam pro peccatis publicis imponendam à  
Nobis esse sciant, quoniam, vt ait Apostolus, publicè peccantes, pa-  
lam corripiendi sunt, vt quos exemplo eorum ad malos mores pro-  
uocauerunt, eorum emendationis testimonio ad rectam reuocent  
vitam.

16. Excommunicatum omnino prius ab excommunicatione, quàm  
à peccatis, absoluendum esse meminerint. Quo ad casus verò re-  
seruatos, non absoluant, nisi prius obtenta facultate, vel pro abso-  
lutione reseruati, ad habentem facultatem penitentem remittant,  
vel ad Superiorem ab omnibus absolutionem collatorum remittant.

17. Moneant Parochi populos ex præcepto sacrorum Canonum,  
fideles omnes vtriusq; sexus, teneri, peccata sua saltem semel in  
anno fideliter confiteri, & in Paschate communionem sumere a  
proprio Sacerdote, eosq; qui huic præcepto parere neglexerint, pri-  
uandos esse ingressu Ecclesie, & Ecclesiastica sepultura, & quem so-  
lum semel in anno confiteri solitum cognouerint serio hortentur,  
vt frequentiori peccatorum confessione animam expiare studeat, do-  
ceatq; ob multa, quæ impendent vitæ pericula, nihil salutaris esse  
posse, quàm statim peccata mortifera confiteri, vt turpè profecto sit,  
fideles in eluèdis corporis, aut vestium sordibus, diligentiores esse,  
quàm in delendis animæ maculis turpissimis, eundem verò acerbis

oburgent, si vsq; ad maiorem hebdomadam hoc distulerit.

Vist. Apoll.  
f. 141.

18. Aduertant Confessarij tam Sæculares, quam Regulares, ne quicquam mercedis nomine, etiam vltro oblatum à confitentibus pro pœnitentiæ administratione accipiant. Capsam, vel bursam ibi prope ne teneant, etiam prætextu cuiusuis pij operis, nec directè, aut indirectè etiam signis aliquid petant, & si à pœnitente aliquid eleemosinæ causa, erogandum sit, id sibi tradi ne curent, id quod etiam obseruare debebunt, quando à pœnitente, rerum ablatarum restitutio facienda erit. Quod si ab aliquo, contra hoc decretum, temerè quicquam factum erit, ab audiendis confessionibus, donec Nobis placuerit, suspendetur.

19. Quando verò necessaria fuerit opera ipsius Confessarij, pro restitutione occultè facienda, si quid ille in ea fraudis commiserit, aut si illam malitiose distulerit in supradictam pœnam incidet.

Vist. Apoll.  
f. 144.


20. Exteri, qui stabile domiciliũ non habent, tempore Paschatis, in Cathedrali percipiant Sacramenta.

21. Eorum, qui in Paschate communionem non susceperint, nomina in folio post octauam Paschatis deferat Parochus.

22. Qui confessiones laicorum in proprijs domibus audierint, statim ibi fidem auditæ confessionis pro Parocho, & Medico superuenientibus dimittere, sub pœnâ suspensionis ab audiendis confessionibus extra Ecclesiam, teneantur.

23. Res incertorum dominorũ, quæ à pœnitentibus Confessario, restitutionis gratia, consignantur, Confessarius apud se non retineat, aut distribuatur, sed ad Vicarium nostrum eas deferat, qui vocato Pœnitentiario, illas illi consignabit, ad hoc, vt iustè distribuatur, aut restituatur domino, si inueniri poterit, prout sacrorum Canonum, Iura disponunt.

Meminerint Confessarij à sacris Canonibus seuerissimam legem perpetui silentij eis propositam esse, ideò caueant ne quicquam eorum, quæ in confessionibus audierunt, verbo, vel signo, vel nutu, alionè modo, detegant, licet de propriæ vitæ conseruatione, aut totius Reipublicæ salute ageretur. Alioquin grauissimis veterum Canonum, & alijs arbitrio nostro pœnis plectentur.



*Instru-*

*Instruzione sopra il modo di fare le Congregazioni Diocesane.*

**P**ER introdurre nel nostro Clero qualche frequent' esercizio di studio, habbiamo pensato in questa nostra Visita di eriger due Congregazioni Diocesane, nelle quali si habbino à discutere, Casti di conscienza, & altre cose pertinenti alla cura dell'anime, & gouerno spirituale del popolo.

In nome dunque del Signor Iddio, & della Beata Vergine sua madre, sotto la protezione delli gloriosi Santa Margarita, & S. Carlo Borromeo, ne erigiamo due, con li capitoli, & modi infra scritti.

Primieramente saranno d'vna medesima Congregazione il Clero di Latera, Gradoli, Grotte, & S. Lorenzo; & d'vn'altra Valentano, Bisenzio, Capodimonte, Marta, Tescennano, Arlena, & Piazano.

Et perche ogni Congregazione deue hauere li suoi Officiali, vogliamo che questa ne habbia due, cioè vn Presidente, & vn Cancelliero.

Ogni due mesi si rauerà detta Congregazione con l'ordine infra scritto. Primo in Latera dal Piuano; secondo in S. Lorenzo dall' Arciprete; terzo nelle Grotte dal Piuano; quarto in Gradoli dal Priore; quinto nelle Grotte dal più antico Curato di S. Pietro; & sexto pur nelle Grotte dall'altro Curato dell' istessa Chiesa; & poi seguirà p' sempre col medesimo circolo, vna volta per ciascuno. L'altra Congregazione si farà dal Clero di Valentano, Marta, Capodimonte, Bisenzio, Piazano, Arlena, & Tescennano, & la prima si farà in Valentano, la seconda in Capodimonte, la terza in Marta, seguendo con l'istesso circolo vna volta per vno.

Il Presidente hauerà cura di far obseruare puntualmente tutti li nostri Decreti, & ch' il tutto si faccia con quell' ordine, & modo, che ricerca così pia, attione, & dell' altre cose, che si diranno à basso.

Il Cancelliero leggerà, & noterà li atti della Congregazione, come si esprimerà à basso, & per quest' officio nella prima Congregazione si eleggerà vno, che duri à beneplacito della sudetta.

Siano obligati andare à detta Congregazione primieramente tutti li Curati sotto pena d'vno scudo, tutti li Canonici, sotto pena di mezzo scudo, & tutti gli altri Sacerdoti, sotto pena di tre guli, da incorrerli per ogni volta che mancaranno, & tutti gli altri Chierici d'ordini sacri, & minori, maggiori di diciott'anni, le quali pene, & tutte l'altre che s'incorreranno, per le controuentioni delli presenti nostri ordini, si metteranno in vna cassa commune, & si applicaranno

G 2 caranno

caranno à beneficio della medesima Congregatione, ò vero delle Chiese delli detti luoghi oue sarà maggior bisogno.

Si eccettua però quel Sacerdote, che dalli Curati dourà esser lasciato in ciascuna Terra per V. Curato di quel giorno, per li casi, che possono succedere, nel resto niuno si possi scusare, se non ch'impetrasse da Noi licentia in scritto, quale debbia far presentare dal Curato, ò da qualch'altro Sacerdote del suo luogo, al Presidente della Congregatione.

In ciascuna Congregatione si proponeranno almeno sei casi, quali noi per questa prima volta mandaremo al Curato del luogo oue si dourà tenere, & egli ne farà hauer copia à tutti gli altri; ma per l'auenire, finita la Congregatione, prima di partirsi, il Secretario leggerà ad alta voce li Casi che mandaremo, da risoluere nella seguente, & ogn'uno ne prenderà copia.

Non si potrà fare se non in giorni feriali, & si dourà hauer auertenza di non prender giorni vicini alle solennità, & feste principali, mentre li Curati hanno altr'occupationi, nè meno il tempo di Quadragesima, ma inanzi, e doppo.

Quando si dourà fare la Congregatione, il Curato di quel luogo n'auertirà il popolo, essortádolo à volersi ritrouare alla Messa solenne, che si cantará da tutto il Clero, che conseguiranno l'Indulgenza di giorni quaranta, la quale concediamo à tutti quelli, che faranno presenti.

La sera precedete sarà sonare le campane come à festa, per dare à questa santa attione maggiore solennità, & per auuertire di nouo il popolo.

La mattina di quel giorno à bonissim' hora tutti li Curati, Preti, & Chierici de gl' altri luoghi, s' inuieranno doue la Congregatione douerà farsi, guardandosi per viaggio, & molto meno doppo che faranno giunti, di non fare atto alcuno sconueneuole, pensando à quello che vanno à fare, che la deuono stimare cosa importantissima, e di grandissima utilità & à loro, & alli popoli, e gratissima à Dio, se sarà effeguita con quella retta intentione, che Noi principalmente desideriamo.

Pensino in quel giorno d'hauerli à mostrare esteriormente quello che sono, & dourebbero essere nell'interiore; si raccordino di quelle parole dette dal Signore. *Vos estis lux mundi*. Et pensino esser dette per loro, & che vadino ad essere spettacolo à tutto il mondo dell'humiltà, deuotione, modestia, e bontà, che deuono hauere

hauere i veri serui di Dio, procurádo, che tutte le loro attioni siano di buon' essemio, & guardandosi, come da cosa perniciosissima, di non dar' in cos' alcuna, benche minima, scandolo alli secolari, acciò ch' in cambio d'edificare, non si distrugga.

Subito giunti se ne vadino à drittura alla Chiesa principale, oue fatta oratione, se ne ritornarann' à casa del Curato, che terrà la Congregatione, & vi si presenteranno, poi di sua licenza potranno andare à celebrare, ò aspettare gli altri con quiete, auertendo a non consumare il tempo in ragionameti vani, ò di troppo familiarità, che suole generare disprezzo.

Non sia lecito ad alcuno far collatione, nè mangiare, nè bere, nè anco nelle case d'amici, & molto meno all' hosteria, sotto pena d'vn scudo, ma tutti aspettino l' hora solita della refettione.

Chi menará cauallo, ò seruitore, non graui il Curato, ma li madi all' hostaria, ò altroue, nè meno il Curato possa riceuerli, nè farli ricuere da i suoi, sotto pena di sospensione, & d'vno scudo.

All' hora debita si canti da tutt' il Clero vna Messa solenne dello Spirito Santo, ò vero de' Morti, & cantandosi di Spirito Santo, si faccia in ogni modo vna sequentia per i Morti, & da gli altri Sacerdoti in quella mattina, oltre le Messe consuete, si dichino almeno quattro Messe pro Defunctis, & li Chierici tutti si communicchino.

Spedito in Chiesa in Chiesa, tutti se ne vadino à casa del Curato alla refettione, nè si possi andar altroue sotto pena d'vno scudo; & in far detta refettione, vogliamo che si offeruino le cose seguenti.

Il detto Curato, che riceuerà gli altri, si guardi di non chiamare gente forastiera per cucinare cibi, ma si serua delli soliti suoi domestici, non si douendo in queste cose fare quello che s'vsa nelli couiti profani, ma seruare in tutto la frugalità, & modestia Ecclesiastica.

Debba dare à ciascuno vna minestra, meza libra di carne, ò pesce, secondo la qualità del giorno, ò vero tre oua, vn poco di formaggio, con vna sorte di frutti, & vna sorte di vino, nè possi in alcun modo dar più, sotto pena di quattro scudi, quali faremo effigere irremissibilmente.

All'incontro ogn'uno paghi à lui vn grosso per testa, & sia cura del Secretario riscuoterli da ciascuno, & darli tutti insieme al detto Curato, quale non possi ricusarli, nè fargli conuertire in altr' uso, che suo proprio, sotto pena di sospensione da incorrerli ipso facto.

Alla tauola non possino seruire se non Chierici d'ordini Minori, & tre al più.

Messa la viuand' à tauola, faranno prima la solita beneditione, poi entreranno alla mensa, seruando nel sedere l'ordine, che si dirà da basso, che hauerà da seruire nella Congregatione.

Poi si leggerà qualche lettione deuota per tutt' il tempo che dura la mensa, in lingua vulgare, & ogn' vno seruarà silentio.

In fine si renderanno le gratie, & poi tutt' insieme con veste tale, cotta, e berretta, se n' andranno processionalmente à due, à due alla Chiesa Parochiale, oue si faranno preparate prima in luogo commodo le banche, & vn tanolino per sedere, e scriuere, & fatta competente oratione al santissimo Sacramento, ò all' Altare maggiore, se quello non vi fusse, si metteranno à sedere con l'ordine infra scritto.

Prima sederà il nostro Vicario, & in sua absentia, quel Curato, in casa del quale sarà stata fatta la precedente Congregatione, quale sarà per allhora Presidente à tutta l'attione; onde per la futura douerà esser il Prouano delle Grotte; poi li Capi delle Chiese titolari, secondo la prerogatiua del tempo ch' hauranno hauuto il detto titolo; appresso li Curati di S Pietro delle Grotte seruata tra loro la detta prerogatiua successiuamete; li Canonici di qualsiuoglia Chiesa, secondo l'ordine del tempo, ch' hauranno conseguito il Canoncato, poi gli altri Sacerdoti, secondo che prima sarà stat' ordinato, & con l'istess' ordine tutti gli altri Chierici.

A quello, che sarà Presidente, tutti gli altri douranno rendere ogn' obediencia, & portare quel rispetto che si deue à chi rappresenta la nostra persona, & in questa, & in ogn' altr' attione di quel giorno, precederà à tutti, haurà autorità di comandare, & punire li disobbedienti, & si farà quant' egli ordinarà.

Prima di mettersi à sedere il Presidente, dica diuotamente l'oratione, che Noi daremo per quest' effetto, & prima che si partino, dirà l'altra, che deue dirsi nel fine.

Poi esclusi i putti, Donne, & altre persone secolari, farà chiudere la porta della Chiesa, & in tanto ciascuno con gravità, & modestia, se n' andrà à sedere al suo luogo.

Nella prima Congregatione, inanzi che far' altro, si eleggerà il Cancelliero di essa, quale sia Sacerdote Beneficiario, acciò sia stabile, & non habbia occasione di mancare.

Poi comandato dal Presidente il silentio; si faranno leggere dal Cancelliero alta voce tutti li Casi, ch' in quel Conuento si douranno risolvere; dipoi si cauaranno à sorte quattro, li quali doprano dire il lor

il lor voto, ò leggerlo cò alta, & intelligibil voce, à capo scoperto, & in piede. Finito ch' haueranno di dire li detti quattro per ordine, vn doppo l'altro, secondo che faranno stati estratti, se vi sarà qualche vno, che voglia dire qualche cosa sopra la medesima materia, sia benignamente ascoltato, & chi non si fidasse della memoria, possi anco nel dire il suo voto, aiutarli con la scrittura.

Nel dire il suo parere, ciascuno vsi riueranza, & modestia, allegando la ragione, che lo moue à tenere quell' opinione, & l'Autore dal quale l'ha imparata.

Mentre vno dice, nissun' altro possi interromperlo, non ridere, non parlare, nè con parole, gesti, ò cenni approuare, ò riprouare le cose dette, ma si ascoltino con ogni attentione, nè sia chi si burli dell' opinione, ò modo di dire de gl' altri, ma tutti si vsino vicendeuolmente il debito rispetto, acciò gl' inesperti nò si confondino, & li dotti non s' insuperbischino; solo il Presidente possa, & debba aiutare, & animare, quando vedesse il bisogno, quelli che diranno, seruendogli come di patrino, ò assistente.

Finito di recitare i voti, il Presidente raccoglierà in sommario tutto quello che sarà stato detto da gl' altri, distinguendo l'opinioni false dalle vere, & dirà qual sia vera, & commune resolutione distinguendoli, dichiarandoli, ampliandoli, & limitandoli, secondo che la materia ricercarà, & per far questo gli sarà necessario di più elatto giuditio, studio, & diligenza, come speriamo, che ciascuno douerà fare, per non insegnare opinioni erronee.

Fatto questo, farà leggere il Catalogo di tutto il Clero, che doueua interuenire, & puntare tutti gli assenti, da quelli in poi, che saranno rimasti Vicecurati, come di sopra si è detto.

Quelli che saranno presenti, secondo che faranno chiamati portino al Presidente il lor parere in scritto, sopra li casi proposti, nella quale scrittura si potranno stendere, & dilatare molto più, che non haueranno fatto à bocca, acciò si possi raccogliere, che diligenza, hauranno messa in studiarli, de' quali voti il detto Presidente, insieme con la resolutione da lui data, farà vn piego ben legato, & sigillato con il sigillo del Curato, che hauerà tenuta la Congregatione, & quanto prima lo mandarà à Noi, insieme con la nota di quelli, che saranno mancati di venire alla Congregatione.

Quelli, che nella Congregatione non diranno il suo voto à bocca, ò non lo daranno in scritto, siano pontati, & paghino la metà della pena imposta à gli assenti.

Acciò

Acciò che li voti si riconoschino, ciascuno vi scriverà sotto il suo nome, & cognome, & sia lecito scrivere latino, ò volgare, come sarà più comodo, ma in voce ogn'uno parli volgare per più commodità, & per esser meglio inteso da tutti.

Raccolti i voti scritti il Presidente farà intimare il luogo, & giorno della futura Congregazione, quale stabilirà prima con chi l'hauerà da tenere, hauendo l'auvertenza alli sudetti giorni di feste, & altre solennità; parimente farà leggere li Casi, che si douranno discutere, & dandone copia à tutti i Capi, i quali il giorno seguente la daranno à tutti gl'altri del suo Clero. S'intimerà chi dourà cantare la Messa il giorno della Congregazione, & almeno quattro, che douranno dir la messa, & qual Chierico dourà leggere à tavola.

Finite tutte queste cose, il Presidente dirà l'oratione, & si ritireranno insieme tutti i Curati da vna parte, & tutti gl'altri da vn'altra, conferendo insieme, i Curati circa il gouerno del loro gregge, in che si potesse migliorare, & sopra l'osservanza de' decreti della Visita fatta ultimamente da Noi, & altre cose simili, & gl'altri leggeranno vno, ò più capitoli delle Constitutioni Synodali, che facciano à proposito loro, ò uero qualche libro dell'offitio del Sacerdote, ò Curato.

Finalmente tutti inginocchiati recitaranno l'itinerario, e tutti l'istessa sera se ne ritorneranno in pace alle case loro.

Questi nostri decreti siano osservati inuolabilmente da tutti, sotto le pene di sopra espresse, le quali irremissibilmente si esigeranno, & doue non è espresa, si puniranno à nostr'arbitrio, e contro li negligenti, che li trasgrediranno più volte, si procederà con termini più rigorosi. Ma all'incontro ci mostreremo, altrettanto amoreuoli verso li diligenti, & zelanti di questi santi essercitij, & & glie ne daremo segno in tutte le occasioni; oltre che, mediante l'intercessione del glorioso S. Carlo, gli promettiamo larghissimi premij dall'immensa liberalità del Signor Iddio, al quale sia gloria in secula seculorum. Amen.



**Q**uemadmodum grauiora flagitia, grauiori sunt poena afficienda, ita etiam efficacioribus remedijs arcenda; ijs sanè pro viribus intenti delinquentium, & praesertim recidiuorum animos compescere iuxta sacrorum Canonum praescriptionem, enormiora crimina specialiter reseruando, statuimus.

1. Casus verò nobis reseruatos in speciali Tabella inferius registranda, adnotatos, quilibet ad confessiones in Ciuitatibus, & Diocesi nostra admissus, scire teneatur, illamque vna cum Summario Bullae in Cena Domini, nec non aliquam Iesu Christi, seu Sanctorum Imaginem, ad deuotionem poenitentibus excitandam, & ne memoria labilitate defluant ad Confessionalia affixa omnino habeat.

2. Curati, Ecclesiarum Rectores, & Concionatores, saepe admo-neant populos de criminum reseruatorum grauitate, Vtque arctius euitentur, illa sigillatim prima Dominica Auentus, & Quadragesimae, inter Missarum solemnias, & quaecumque necessitas, seu oportunitas, se obtulerit, populo in memoriam reducant.

3. Inhibemus omnibus ad Confessionem admissis, ne sub poena suspensionis à Diuinis ipso facto incurreda, & alijs in Decreto sel. rec. Clementis Octaui contentis, poenitentes à casibus praedictis praeterquam in mortis articulo, & alijs necessitatibus à Iure permissis, absoluere praesumant, sine licentia nostra.

4. Abstineant Confessarij ab absolutionibus, à casibus praedictis, sub spe futurae per Nos faciendae ratihabitionis, sub eadem poena.

5. Verum ad errores effugiendos, praemoneant poenitentes antequam alia crimina patefaciant, vt si in casus reseruatos inciderint, Nos adeant, seu à Nobis deputatos, ne post factam aliquorum criminum confessionem, & ipsam nondum completam, cum amaritudine intermittant.

6. Poenitentes ab alijs peccatis absolutos, melius esse nouerint pro absolutione à reseruatis ad Nos remittere, ne sacramentum diuidi videatur, sed integrum, illasumque conferatur poenitentibus.

7. Quod si fortasse poenitentes Nos adire erubescant, prudens Confessarius ad Nos, omni mora postposita, secrete poenitentium suppresso nomine deferet, facultatem absoluendi recepturus.

1. Absolutio à maiori excommunicatione, suspensione, & interdictione ab homine, à iure, & à Constitutionibus Synodalibus inflictis.
2. Sacramentorum, & Sacramentalium, & sacrarum Reliquiarum abusus ad maleficia, vel sortilegia, cum inuocatione Dæmonum expressa, vel tacita.
3. Sacrilegium in loco sacro, per sanguinis, aut seminis emissionem ex coitu, vel per tactus inhonestos.
4. Homicidium voluntarium, quoad committentes, & mandantes, & consulentes, nec non detinentes infantes in lecto ante completum annum, & sine circumscriptis cautelis, & abortum procurantes, & foetum suum, vel alienum perinientes, aut ex negligentia in lecto suffocantes, quos etiam volumus subiacere excommunicationi quoad suffocationem tantum.
5. Incestus cum consanguinea, vel affine, vsq; ad secundum gradum inclusiue, iuxta Ius Canonicum computandum, & cum coniunctis spirituali cognatione, & cum Monialibus, quoad quas hunc casum extendimus etiam ad eos qui cum ipsis turpiter luserint, vel verba lasciuia habuerint.
6. Actus duo contra naturam, videlicet Sodomiticus cõsumarus, masculi cum masculo, aut masculi cum femina, item bestialitas, & concubinatus publicus.
7. Virgines vi deflorantes, aut rapientes.
8. Matres prostituentes filias, & viri uxores.
9. Parentum percussores.
10. Perturbi in iudicio, vel actu publico.
11. Qui carnibus, alijsq; cibis vescuntur, quo tempore Ecclesiastico præcepto prohibentur.
12. Blasphemia post tertiam vicem hæreticalis, & alia quæcumq; consuetudinalis, nec non in Iudo pronunciata, eiusq; etiam reservatione, tenebuntur collatores, qui blasphemiam colludentis ter audita, ludum fuerint prosequuti.
13. Sponsorum in eadem domo ante matrimonij celebrationem, conuersatio, copula, vel tactus impudicus inter ipsas intercedente.
14. Guardiani, & damni dati accusatores, itidem ij, qui cum ipsis paciscuntur, nè accusentur.
15. Non reddentes rationem administrationis locorum piorum, &

non

non soluentes Decimas intra duos menses, & non satisfaciendes legatis pijs infra sex à die obligationis.

*De Medicorum cura in curandis Infirmis. Cap. XXII.*

**M**edicinam à Deo optimo maximo, bonorum omnium fonte diffusam, ad corporum sanitatem tuendam, morbosq; arcendos, nemo est qui addubitet. Cum verò sanitas animæ, corpore melioris, diligentius debeat conseruari, sanctissimæ record. Pij Pape Quinti Constitutioni inherentes, sub pœnis in eadem contentis inhibemus Medicis in nostra Diœcesi degentibus, ne infirmos inuisant, qui vltra tertiam, ab incepta infirmitate diem, sacramentalem confessionem facere neglexerint.

1. Cum primum à Communitatibus Ciuitatum, vel Oppidorum nostræ Diœcesis, Medicus conductus fuerit, debeat omnino in nostris, vel Vicarij Foranei vicinioris manibus, coram Notario, & testibus, fidei professionem in principio huius nostræ Synodi notatam, intra dies octo emisisse, seq; de seruanda constitutione prædicta Piana, iure iurando obstrinxisse. Illi verò, qui à Nobis, vel Vicarijs nostris, seu quibuscumq; nostro nomine moniti, supradicta facere reuerint, seu neglexerint, arbitrio nostro punientur.
2. Fides de inhabilitate, seu impotentia seruandi Quadragesimalic ieiunium, non de facili subscribant, illas tamen nemini volumus suffragari, nisi etiam à proprio Parocho, vel à Nobis subscribantur.
3. Monialium claustrum non ingrediantur, nisi à Nobis in scriptis obtenta licentia, & duabus Monialibus ætate maturioribus, ad id deputatis, & Abbatissa, alijs non impedita, ipsum comitatibus, etiam si id in nostra licentia non exprimitur.
4. Infirmi ne superstitionis vtantur medicamentis, Medicus præcaueat, si verò id præsenferit, admoneat; ab ijs non desistentes ad Nos deferat.
5. Illis Sacramenta omnia conferri omnino curent, de quorum sanitate spes nulla remanet, & sacra extrema vnctione, ante perditum rationis vsum infirmos corroborandos, omnino Parochos commune faciant.
6. Medicinam ne exerceant Clerici si pœnis in sacris Oecumenicis Concilij contentis, & alijs à Nobis multari polint.
7. Xenodochia frequentius, quàm possunt inuisant, quæ pro infirmorum cura, necessaria esse duxerint non omitant, si ægros in

H 2 ipis

ipfis existentes, non bene à Ministris tractari præferant, primum illos moneant, mox si persistant, ad Nos deferant.

8. Librorum prohibitorum indicem omnino habeant, & à libris in eo vetitis abstineant sub pœnis, in titulo de libris prohibitis expressis.

*De Extrema Vnctione. Cap. XXIII.*

**H**umani generis hostis tùm maximè perniciem æternæ damnationis anhelat, cum extremum duci spiritum animaduertit, opportunum enim videtur illud victoriæ reportandæ tempus, quando infirmorum animus vehementissimis agitatus cruciatibus, ad Creatorem dirigi nequit.

1. Præcauebit itaq; diligens Parochus, ne huiusmodi deprehendatur angustia, sed sensibus adhuc integris, & rationis vsu vigente, infirmos huius sacræ vñctionis præsidio, & communire omni studio intendat.

2. Hoc Sacramento roborandos, repetita sacramentali confessione, de eiusdem effectibus præmoneat, dogmata non omittat, quæ ad pietatem in infirmis excitandam aptiora indicauerit.

3. Infantibus pueris ad huc rationis vsu expertibus, phrænesis morbo laborantibus, furiosis, dilucida interualla nõ habentibus, publico aliquo peccato irretitis, pia non præcedente illorum significatione, seu irreuerentiæ metu imminente, licitè hoc Sacramentum denegabitur.

4. Animarum itaq; salutis intentus Parochus, cum primum infirmum penitentia, & Eucharistiæ sacramentis refectum, ad sacram vñctionem bene dispositum cognouerit, stola, & superpelliceo indutus, iuxta formam in Rituali Romano præscriptam, quam in omnium Sacramentorum administratione ad vnguem seruari, aliis dispensuimus, hoc conferet Sacramentum.

5. Rencs mulierum ne inungat, & si quæ pars corporis infirmo desit, quæ solet vngi, propinquiorem illinat.

6. Mulierculas, quæ persæpe vlulatus, seu ploratus emittere solent, primum moneat, quod si non desistant ex infirmi cubiculo longius abire caret, ne ab infirmo audiantur.

7. Adstantes hortetur, vt secum preces pro infirmi salute, ad Deum fundant. Errorem, quem in multorum animos irrepisse ad Nos perfertur, de medio tollere omnino studeant; Existimant enim pleriq; infirmos valde terreri, cum de Sacramento huiusmodi ipsi con-

conferendo habetur sermo; Diligentissimè itaq; aget Parochus, ne afflictio huiusmodi, infirmorum salutis possit obesse, in memoriam ipsorum reducet, plerosq; hoc Sacramento roboratos, infirmitatem euasisse, illudq; corporum salutis maxime conferre, cum potissimum animæ expediat.

8. Bombycium, seu stupam, quæ corporis partes, oleo sacro inunctas absterferit, in pyxide lignea ad hunc vsum præparata ad Ecclesiam deferat, vt in sacrario comburatur.

9. Hoc idem seruet de micis, quibus digitos absterferit.

*De Ordine. Cap. XXIV.*

**Q**uoniam Ecclesiæ Dei Ministros, non solum nulla aspersos macula, sed omni præfulgentes nitore esse oportet, vt diuino cultus, sicuti par est omni cordis puritate assistant. Nouerint omnes Clericali Militia adscribendos, & ad ordines promouendos, illos fore duntaxat, qui vitæ integritate, moribusq; compositis in seculo clericalem, probatamq; vitam duxerint, & susceptos ordines non neglexerint.

1. Nullus itaq; ordines petiturus ad Nos accedere præsumat, qui de vita, & moribus, ac ordinum exercitio, nec non de sumptione sanctissimæ Eucharistiæ sacramenti quolibet mense à Ludimagistris, & Parochis, coram Nobis non exhibeat testimonium, iuxta formam à Nobis præscriptam.

2. Repellentur item, qui Clericali habitu, vesteq; talari non incedentes coram Nobis ordines petitori, comparuerint.

3. Si vero, qui nulla necessitate adstricti, habitum dimiserint, siquidem per mensem, illum non reassumpserint, ad viteriores ordines promoueri non sperent, nisi habitum Clericalem reassumptum per sex menses cõtinuos gestauerint, & laudabilem vitam duxerint, vel se in posterum decenti habitu, & tonsurâ incessuros iure iurâdo adstringant.

4. Sciant tam Regulares, quàm Sæculares ad ordines non ascensos, nisi in ea ætate constitutos, quam ordo ipse exoptulat.

5. Regulares, qui professionem non emisserint, Sæculares verosq; qui beneficio, vel patrimonio, ad congruam vitæ sustentationem cõruerint, ab ordine Subdiaconatus, & reliquis maioribus rejicietur.

6. Patrimonium verò sufficiens, illud esse declaramus, quod ad scutorum triginta annuorum valorem ascendit.

*Vist. Apost.*  
f. 148.  
*Conc. Trid.*  
sess. 23. c. 5.

*Vist. Apost.*  
f. 147.

7. Patrimonia collativa, siue fictitias donationes penitus extirpare cupientes in posterum donationes huiusmodi non suffragaturas, quæ coram Nobis non fient, nemo ignoret.

8. Si quos extra nostram Diocesim, siue ab alijs, quam à Nobis ordines cum nostra licentia suscipere contigerit, de ijs siue authenticam in manibus nostris, à Cancellario nostro in libro particulari, inferendam exhibeant.

9. Parochi in publicationibus faciendis pro ordinandis, & in relatione publicationum, seruent formam positam in fine harum Constitutionum.

*De Matrimonio. Cap. XXV.*

1. **V**enerabilium Sacramentorum institutor Christus, sua nobis passione, eam promerens gratiam, qua naturalem amorem perficeret, & indissolubilem conseruaret unitatem, coniugesq; sanctificaret; Matrimonij Sacramentum in sua Ecclesia iusto collocauit, ut humana proles sanctè conseruaretur, ac ex primæuo instituto propagaretur, carnis quoq; concupiscentia deinceps deprimeretur, quapropter omnes admonitos esse opus est, ut suscepturi, singulari cordis puritate ad illud digne recipiendum se preparent.

2. Claustrina itaq; matrimonia, & aliter, quàm in faciem Ecclesie contracta, quemadmodum eadem Sancta Mater Ecclesia damnat, ita & Nos damnamus, eorumq; fautores, mediatores, conscios, non reuelantes, complices, aliosuè adhaerentes quoscumq; anathematis, alijsq; à Nobis infligendis penis multandos decernimus.

3. Non alibi, quam in Ecclesia Parochiali Sponsæ horis antemeridianis, altera die post factas de more, tres denuntiationes, coram proprio Parocho, & duobus saltem testibus, & alijs solemnitatibus Ritualis Romani adhibitis, ac Sponsis sacra Eucharistia refectis, celebrari permittimus.

4. Denuntiationes non præmittat Parochus, nisi Sponsorum habito consensu, in cuius gratia ipso præmoneat, ut ante benedictionem non conuersentur, & triduo post susceptam Eucharistiam, à concubitu abstineant.

5. Matrimonium inter filios rudimentorum ignaros, tam diu differat, quam diu addiderint, iuxta propriam prudentiam.

6. Decreta Sacri Concilij Tridentini de Matrimonio quotannis, & quo-

quoties expedire cognouerit in Ecclesia publicè annunciet Parochus.

7. Si ex duabus Parochijs Sponsos esse contigerit, non celebrabit Parochus Sponsæ Matrimonium, nisi denuntiationes publicas, etiã in altera Parochia, præcessisse sibi constiterit. Exteros autem ad hoc Sacramentum non admittat, nisi prius Nobis certioribus feditis, & obrepta licentia, sub penis arbitrio nostro infligendis.

8. Transacto mense à die vltimæ denuntiationis absteat à celebratione matrimonij, donec à Nobis facultatem obtineat, vel denuntiationes repetat.

9. Nullus stans illis temporibus, quibus nuptiarum celebritas interdicta est, domum Sponsam solemniter traducat, nuptialia conuiuia celebret, aliatuè huius generis vetita peragat. Qui contrafecerit is, interdicti ab Ecclesia penam ipso facto incurrat; Sponsi verò arbitrio nostro separentur.

10. Si Parochus cohabitantes cum mulieribus externos viderit, legale testimonium de matrimonio inter ipsos legitime contracto exigat, quod si infra triduum non exhibuerint, ad Nos deferat.

11. Casum Nobis reseruatum conuersationis inter Sponsos, reducat in memoriam, certos ipsos reddendo, si conuersatio fuerit publica, vel geminata, in penam scutorum quatuor locis pijs applicandorum, aliàs à Nobis indictam, & alias arbitrio nostro incursum. Huiusmodi nostrum decretum, bis in anno publicandum est.

12. Matrimonia ab alijs, quàm à se celebrari non permittat, nisi aliquo detineatur impedimento.

13. Librum habeat in quo, iuxta formulam in Rituali Romano præscriptam, & præcipuè dies, quibus denuntiationes factæ fuerint, describantur.

14. Strepitus, & clamores, qui cum diris sibilis, & vociferationibus, varijsq; ad rumorem excitandum adinuentis instrumentis tunc fieri significatum est, cum sponsi ad secundas nuptias transeunt, vel iam senio confecti matrimonio copulantur, veluti gentilitatem redolentes, & huic Sacramento aduersantes, sub scutorum decem locis pijs arbitrio, & applicandorum, & anathematis pena in posterum fieri prohibemus.

*Visit. Apost.  
f. 158.*

**N**umquam humani generis Seruatorem proprijs manibus, iniuriarum sibi illatarum, fuisse vindicem legimus, nisi dum ementes, & vendentes, quasi flagello de funiculis confecto eiecit de Templo. Hinc facile conijcerelicebit, quam acerbis in eos poenis animaduertendum sit, qui Ecclesiam Dei contemnentes, ipsamq; veluti latronum speluncam autumantes, & forqibus sedam, & omnium oculis indecoram patiuntur.

1. Ecclesias igitur nostræ Diœcesis interioribus quidem parietibus, cemento æqualiter ducto, & dealbato, exterioribus verò lapidibus cemento contextis, saltem in anteriori parte volumus esse constructas.

2. Fenestras à terra cubitis nouem, humiliores esse prohibemus, quod si illarum oclusio Ecclesiæ lumini officeret, clatris ferreis muniti mandamus.

3. Pannimentum non nisi ex marmore, alioue lapide solido, aut saltem testaceo opere sit confectum, nec ad suscipiendos defunctos, Nobis non permittentibus, deformetur, sub penis in titulo de funeribus comminatis. Sepulturæ ne effodiantur, quæ post hac spatio saltem trium cubitorum ab Altarium gradibus non distent; si quæ vero ita remotæ non sunt omnino obstruantur nunquam in posterum aperiendæ: alia verò sepulturæ ita binis etiam sigillis, si opus fuerit, obturentur, vt nullus odor teter exhalet.

4. Fenestræ ceratis saltem telis obstrictæ sint. Vbi verò Ecclesiæ redditus suppeditant, ferreis baculis in quadratas formulas ductis, occludantur, vitreis orbiculis adiunctis filis æreis retis instar, extrinsecus vndique sepiantur.

5. Valuæ oliij pessulis, feris, & clauibus firmiter sint munitæ, ne nocturnis alicuius accessibus pateant. In portæ maioris pariete, & decenti loco, forinsecus depicta, seu sculpta sit imago Sancti ipsius Ecclesiæ titularis. In tecti vertice supra huiusmodi portam, Crux ferrea erigatur.

6. In vnaquaq; Ecclesia sit sacrarium, quod fenestella lignea, sera, & clauē firmiter occludatur; Sacrarium verò sit ex lapide, longitudinis saltem vnus cubiti, latitudinis vnciarum sex, à pannimento cubitis duobus non elatius.

7. Altaria maiora à scabello, siue prædella altitudinis sint cubitorum

etorum duorum, & vnciarum trium, lōgitudinis sint ad minus cubitorum quinq; latitudinis cubitorum duorum, & vnciarum sex. Reliqua Altaria altitudinis, vt supra, longitudinis ad minus cubitorum quatuor, latitudinis cubitorum duorum. Scabellum, siue prædella cuiuslibet Altaris, quæ aliquando gradulis, & aliquando terræ incumbit, non sit lapidea, nec lateritia, sed lignea, latitudinis sit cubitorum duorum, altitudinis vnciarum quatuor, longitudine verò Altare adæquet.

8. Altaria maiora habeant mensas lapideas integras cōsecratas, tela cerata super intectas, vt laicorum tactus prohibeantur. Sepiantur cancellis, seu columnulis ligneis, lapideis, ita ut aditus, tam ad ipsa Altaria, quam ad Chorum, præcludatur.

9. Vnumquodq; Altare decenter ornatum continuè appareat, mappis scilicet tribus congruentibus, quarum superior à lateribus ad terram protendatur, Cruce, Candelabris, Pallio, Tabella secretorum, scabello ligneo, cornice à parte anteriori septo, tribus saltem digitis eminenti, qua pallij extremitates contegantur.

10. Operietur præterea integumento coriaceo, seu tela depicta, quæ tempore celebrationis amoveatur, ita vt mappa superior Sacerdoti celebranti, puluere, & alijs sordibus mūda semper exhibeat.

11. Mensula lignea à latere Epistolæ cuiuslibet Altari cohareat, super qua peluis cum vrceolis, mappula, & alijs ad sacrum peragendū necessarijs reponatur, ipsaq; munda, quoad fieri potest, cōseruetur.

12. Clauus ferreus parieti infigatur, ad Sacerdotis birretum apponendum.

13. A latere dextero ingredientium Ecclesiam non procul à ianuis labrum marmoreum aqua benedicta octauo quoq; die renouanda, plenum, expositum, idq; mundum, purumq; semper appareat.

14. Sacristia qualibet decenti ornatu præfulgens Clericis tātum patens, laicis verò interclusa, habeat armarium ad sacras vestes, ornamenta, libros, reliquam deniq; Ecclesiæ suppellectilem, in quo decore, apteq; disposita omnia asseruentur; ad sit ibidem Altare super quo sacra vestes, & ad sacrificium necessaria collocentur. Item vas aquarium, ad manus abluendas, quod aquam in cloacam proiciat, & prope illud linteam absterforium pendeat. Vas item græum intus stamno linitum ad Calices abstergendos, corporalia, & purificatoria abluenda, ibidem asseruetur; aqua verò in Sacrarium proijciatur, tabellæ deniq; annuierariorum, sacrarum supplicationum, & Missarum, quas, ex peculiari obligatione, seu ex instituto

quolibet Ecclesia adimplere tenetur, Sacristiæ parieti affixæ perpetuo hæreant.

15. Planetæ cum suis stolis, & manipulis in ea sint saltem quinque, nempe colorum albi, rubri, viridis, violacei, & nigri. Consistent autem ex serico, vel subserico, camelotto, seu alia decenti materia, sint longitudinis cubitorum duorum, & vnciarum decem, stolæ longitudinis cubitorum sex, latitudinis vnciarum trium cum dimidia, eisdem tres Cruces annectantur vna scilicet in medio, reliquæ verò in extremis stolæ partibus. Manipuli eadem latitudine, cum stolis sint confecti, longitudine verò, vnius cubiti, & vnciarum quatuor, Crucibus eadem ratione perornati.

16. Amictus cum alba, seu camiso, tribus non pauciores. Erit autem Amictus longitudinis cubitorum duorum, & eiusdem latitudinis, in cuius medio adsit Crux acu confecta, non tamen ex serico. Alba verò longitudinis cubitorum quatuor, latitudinis duodecim.

17. Corporalia sint ad minus quinque, cum suis pallis ex cortina tenui, nihilque habeant sericum, aut coloratum, præter quam fortasse in extremitatibus. Longitudine, ac latitudine sint vnciarum quindecim.

18. Bursæ sint quinque, colorum, vt de planetis indicauimus; longitudine, & latitudine saltem vnciarum decem.


19. Purificatoria adsint decem, & octo, quæ ex omni parte non minora sint vncijs octo, in medio adsit Crux paruula, acu elaborata.

20. Mantilia minora ad manus Sacerdotum Missæ sacrum facientium abstergendas, sint non pauciores duodecim, longitudinis vnciarum saltem decem, latitudinis octo.

21. Puluinaria Missali supponenda, quinque, cum planetarum coloribus conuenientia. Sint longitudinis saltem vnciarum decem, & octo, latitudinis duodecim.

22. Vela item serica eiusdem numeri, & coloris, omni ex parte cubito vno, & vncijs sex latè patentia.

23. Utensilia prædicta, reliqua item, quæ hic non enumerantur, decenti loco asseruentur, nè autem perfracta, maculis conspersa, aut aliter indecora, hominum oculis exponantur, Sacristis, & Ecclesiarum Rectoribus, strictius mandamus.



**N**on hisce temporibus dumtaxat, sed antiquioribus etiam, ante Catholicæ Fidei lumen, apud ethnicos, parua illa mendacium Deorum delubra per vias erecta passim videbantur, simile, vidisse testatur Apostolus. Ignoto Deo dicarum. Hæc nimirum in viatorum animis pietatem excitant, si præcipue, qua decet reuerentia, excolantur, & munda, nitidaque conseruentur.

1. Sancimus itaque, vt huiusmodi Sacella, seu Capellulæ extra Ciuitates, & Oppida constitutæ in quibus non celebratur, Altare nullum habeant, sed clausæ semper teneantur. Possit tamen introspecti per fenestras clatris ferreis solide munitas. Intus verò dealbentur, sitque aliqua pia imago, & præsertim illius Sæcti, cuius nomini sunt dicatæ, quas festo die aperire permittimus. In eis tamen profanum quippiam nè reponatur.

2. Si quæ Sacella diruta, vel ruinam minantia reperiantur, siquidẽ redditu aliquo sint dotata, infra duos menses per eos, ad quos spectat, resarciri, & ad decentem formam reduci mādamus sub pœnis arbitrato nostro infligendis, si verò nulli redditus suppeditent, Parochis, in quorum ditione sunt sita, iniungimus, vt ex piorum elemosinis reparent, quod si populus negligat, autoritate nostra, solo æquentur, eorum tamen materia ad profanos vsus non conuertat.

3. In posterum Sacella, aliaue Oratoria, Nobis inconconsultis, ne construantur: ijs tamen permittetur, qui pio religionis seruore ducti, conuenientem dotem constituerint, qua decenti ornatu possint conseruari.

4. Oratoria item, in quibus celebratur, munda, nitidaque conseruentur, diruta, seu labentia, eadem ratione, quam de Sacellis diximus, reficienda. Vnam tantum habeant campanam, nec in ipsis celebretur, nisi ex nostra concessione, eaque semper saluo iure Parochialis Ecclesiæ censeatur impertita, non enim ibi celebrari potest, nisi Parochiali Concione absoluta, nec baptisterium retinendum, nisi ex speciali indulto, vel antiquissima consuetudine. Nec capsulæ elemosinarum, nisi nostra permittat autoritas, nec noua construenda ædificia Nobis irrequisitis, qui cõtra præmissa fecerint, grauioribus à Nobis pœnis compeſcentur.

5. In priuatorum ædibus Capellulæ, seu Altaria nè extruantur.

6. De Oratorijs verò, seu Congregationibus Sæcularium, eadem sancimus, quæ de Societatibus infra disponentur.

7. Oratoriorum in qualibet Parochia existentium, quilibet Parochus indicem in Visitationibus paratum, habeat.

*De honore Ecclesiarum, & rerum Sacrarum. Cap. XXVIII.*

1. *Paralip. 7.*

1. **T**empla maiestate Domini plena, cum timore pietatem in hominum animis, ita excitare debent, ut nihil profanum, nihil quod religionem non sapiat, in ea sit tractandum.

*Conc. Trid. sess. 22. de dec. de obser. & enit. in celeb. Miss. Visti. Apost. f. 160.*

2. Inhibemus itaq; ne in Ecclesijs deambulationes, strepitus, clamores, aut circuli, vllæ deniq; actiones habeantur, quæ Diuina officia perturbare, vel Deum offendere possint. Choreæ, palestræ, cantus lasciu, commestrationes, emptiones, & venditiones, etiam rerum ad Ecclesiarum usum spectantium, aliaue publica, & inania spectacula, nec in Ecclesijs ipsis, nec prope eas per triginta ad minus passus, nec deniq; in earum finibus vestibulis, aut Cæmeterio vllatenus fiant.

*Nazianz. orat. de am. paup. S. Chrysost. Hom. 28. ad pop. Antioch.*

3. Mendici, seu alij quicumq; eleemosinæ causa per Ecclesias ne vagentur, sed præ foribus consistant; Sacristæ, Ecclesiarumq; Rectores inuigilent, & huiusmodi homines, primum benignè moneant, vt nostrum hoc decretum seruent, quod si non pareant, excommunicationis, & alias autoritate nostra pœnas comminentur, mox ad Nos, seu Vicarios nostros deferant, qui in ipsos acrius animaduertent.

4. Cum autem Deo dicata sint Tempia, non ad propugnacula bellica, sed orationis sit domus, in quibus fideles non ferreis suffulti telis, sed spiritus humilitate muniti, omninoq; contriti, Deum precaturi conueniant. Parochi quam diligentissimè curent, populos sibi commissos, ab eo prorsus abstinere abusu, qui in plerisq; nostrarum Ciuitatum, & Diœcesis locis ita viget, vt scilicet diebus Patronorum, seu alijs eorundem locorum solemnibus festiuitatibus, dum officia Diuina celebrantur, alij archipilis hastati, alij ferris armati incedentes, militaria vexilla distensa, atq; braua ad voluptatē sæculi, illis diebus statuta ferentes, alij sclopetorum, tympanorum, tibiaram, tubarumq; sonitu insequentes in Ecclesias ipsas perstreperentes, iterum, atq; iterum cum tumultu ingredi, ex eisq; egredi non erubescunt. Et quoniam homines, ita temerè accedentes ab huiusmodi illicito opere auertere, atq; compescere, per se Parochi forsitan nõ possent, satagant saltem opportuno tempore ad Nos recurrere, vt pœnis per Edictum propositis, & alijs remedijs opportunis, deprauatam huiusmodi corruptelam prorsus deleamus.

5. Fru-

5. Frumenta, ligna doliã, aut aliqua utensilia ad profanum usum destinata, etiam si ipsius Ecclesiæ, aut Parochi sint, in Ecclesia ne reponantur, sub rerum ipsarum amissionis pœna.

6. Non fiant in ea consilia Vniuersitatum; liceat tamen Confraternitatibus, de rebus ad ipsas, seu Ecclesiam spectantibus ibidem, coadunari, & differere, ijs tamen horis, quibus in Ecclesia, nec Missæ celebrantur, nec horæ Canonice decantantur, nec habetur Concio, nec Sanctissimum Sacramentum est expositum, nec alia deniq; sit Ecclesiastica functio.

7. Ne auersus ab Eucharistia, aut ab Altari in quo celebratur, quis sedeat, nec dum eleuatur Sacramentum, stet.

8. Nec sacra supellex ad usum profanum accommodetur, nec campanæ ad idem pulsentur.

9. Ædificia Ecclesiæ adhaerentia, ad usum sordidum ne permittantur.

10. Bradellæ, seu scamna muliebria, propè Altaria ne collocentur, neq; in posterum apponantur, sine nostro, seu Vicariorum nostrorum assensu.

*Visti. Apost. f. 161.*

11. In vnaquaq; Ecclesia (præsertim Parochiali) adsit vasculum gestatorium, ex auricalcho, aut ære stamneato, vel saltem ex stamno ipso confectum, cum aspergillo ad populum Dominicis diebus aqua benedicta perfundendum.

12. Ecclesia qualibet Parochialis habeat campanas saltem duas, Oratorium verò vnam, vt in proprio titulo diximus.

*Visti. Apost. f. 120.*

13. Ne in Ecclesiarum atrijs, vel earum finibus, per passus triginta, rixas mouere, contumelias proferre, gladium stringere, seu quemlibet percutere, quisq; audeat, ludos quoscumq; strepitus tumultus, profanos cantus intra id spatium vetamus; Qui isthac temerè attentare præsumperint, Ecclesiastico ferientur gladio, & alijs pœnis, pro excessus qualitate coercebuntur.

*Visti. Apost. f. 130.*

*Gregor. X. Eius V.*

14. Mulieres, quæ meretricio, seu lenocinio sunt infames, propè Ecclesiam, seu Monasteria habitare à Parochis ne permittantur, immo à Ciuitatibus, & Diœcesi nostris expellantur.

15. In Sacristia silentium seruetur, neq; verba profana, minusq; contentiones, rixæ, iurgia, strepitus, & clamores excitentur; qui contrafecerint, manus nostras sentient.

16. Ecclesiæ profanatæ claudantur, lapides, tigna, & alia, quæ diuino cultui inseruiuerunt, in sordidos vsus ne transferantur.

17. Nullæ delictorum inquisitiones, cadauerum inspectiones, aliaue Criminalia iudicia in Ecclesijs, nec alijs quibuscumq; locis, immu-

immunitate Ecclesiastica gaudentibus, absq; nostra in scriptis facultate, sub interdicti pœna, fieri posse decernimus.

18. Interdicimus omninò fenestras, per quas ex priuatorum domibus in Ecclesiam prospiciatur, si quæ vero iam fuerint, infra mensem obstruantur.

*De Immunitate Ecclesiarum, & Personarum Ecclesiasticarum.  
Cap. XXI.*

**P**er sepe contingit, vt fontes homines patratu delictis, statim ad Ecclesias, aliâ immunia loca, sacellitum etiam impulsu cogente, aduolent, sed præ ipsarum foribus, vel intra immunitatis limites contrectentur, extrahantur, & ad carceres sæcularium potestatum ducantur. Contingit etiam, vt qui ad huiusmodi loca confugerunt, à laicorù potestatibus vi extrahantur, sub prætextu quod facinora p̄ ipsos patrata, immunitatis priuilegio sint indigna, quod à sacris Canonibus, & Summorum Pontificum Constitutionibus maximè dissentit.

1. Pastoralis itaq; muneris nostri ratio exoptulat, vt quoscumq; iudices, omnesq; alios quacumq; auctoritate fungentes, moneamus, ne delinquentes quoscumq; cuiusuis etiam immanis flagitij reos, ex Ecclesijs, Oratorijs, Sacellis, Monasterijs, alijsq; locis immunitate Ecclesiastica gaudentibus, etiâ ab Episcopali iurisdictione exemptis, ad quæ confugerint, inuitos extrahi, sine nostra, vel Vicarij nostri Generalis licentia, & personæ Ecclesiasticæ, à Nobis, seu ab ipso deputanda, interuentu faciant, mandent, suadeant, seu permittant, vel eadem in re consilium, auxilium præstent, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda ex Constitutione Gregorij XIV. & alijs censuris, & pœnis, contra violantes Ecclesiasticam libertatem inflictis.

*Pius, & Sixt.  
V. Greg. XIV.  
Conc. Trid.  
sess. 25. c. 20.*

2. Huiusmodi immunitate, iuxta Summorum Pontificum Constitutiones, Oecumenica Concilia, ac Sacrorum Canonum Sanctiones, declaramus gaudere, Ecclesias, Cæmeteria, porticum, & atrium Episcopales, & Canonicas domos propè Ecclesias, Cœnobija, & Monasteria Virorum, & Mulierum, Hospitalia, & reliqua pia loca ordinaria, seu Apostolica auctoritate erecta, seu illius iurisdictioni subiecta, itè spatia illa, quæ pro cuiusq; ex locis prædictis dignitate, iure præfinita reperiuntur.

3. Nè autem facinorosi homines, hoc abutantur priuilegio, no-  
uerint

perint omnes, auctoritate nostra, ex locis prædictis expellendos, bannitos, viarum grassatores, agrorum depopulatores, exules contumaces condemnatos, omnesq; alios, quos iure tanto priuilegio indignos iudicauerimus.

4. Anathematis mucrone statim trasfiguntur, ij, qui Ecclesiasticas personas, sine Episcopali facultate capere, carceri tradere, aduersus ipsas processus fabricare, easuè directè, vel indirectè in iudicium trahere præsumpserint.

5. Tum Diuina, tum humana Iura Clericos, cæterasq; Ecclesiasticas personas à Gabellarum, Vectigalium, Dationum, Pedagiorum, Collectarum, & aliarum quarumcumq; Fiscalium functionum, & impositionum, eximunt solutione. Itaq; Vniuersitatum Concilia, & Parliamenta, aut alij sæculares Magistratus, contra hoc aliquid nè statuunt, vel decernant, nec promulgent, aut alij huiusmodi exactio-  
nibus deputati, ad vectigalia, cæterasq; laicis factas impositiones, Ecclesiasticas personas directè, vel indirectè nè constringant, nisi Apostolico diplomate, in talijs, & solutionibus ipsas comprehensas esse, specificè sit expressum. Qui id ausu temerario præsumpserint, nouerint se se excommunicationis vinculo colligatos, à Summo Pontifice dumtaxat soluendos, vel ab eius Summo Penitentiario.

6. Si alicubi Statuta, Constitutiones, vel Decreta quæcumq; libertati, seu immunitati Ecclesiasticæ quomodolibet refragantia existant, nulla, irrita, & cassâ declaramus, ac viribus omninò carere, decernimus. Qui id attentare, vel executioni demandare, contra personas, & loca exempta, & immunitate Ecclesiastica gaudentia, non erubescant, quicq; consilium, auxilium, fauorem, & assensum præstiterint, pœnis suprædictis, & alijs à Nobis infligendis, subiacent.

*De Contubinarijs, Meretricibus, & Lenonibus. Cap. XXX.*

**C**vm peccatorum omnium, quod saluti viam præcludit, certamq; animabus perniciem affert, grauissimum sit in peccatis infortescere, quibus in fordibus, quod vaddè deplorandum est, Adulteri, & Concubinarij, quasi Deum ignorantes, more suum ipsos annos se se volutant, horum saluti, quantum in Domino possumus, profpicere volentes, nisi postquam legitimè à Nobis ter fuerint moniti, resipuerint, excommunicationis pœnam imponimus, hinc Concilij Tridentini decretum, & Sixti V. Constitutionem super perditis id  
genus hominibus reuocantes. In Lenones verò, quorum nefaria  
opera

*Bull. Cen. De  
mini.*

*Bull. Cen. De  
mini.*

*Sess. 24. c. 8.*

opera Mulierculæ, turpi lucro illicitæ, se prostituunt, Sacramentorū priuationis, interditiq; pœna animaduertemus, vt huiusmodi hominum scœx hinc intelligat quātum sit flagitium animas Christi sanguine redemptas, turpi quæstu proposito, ad duram Dæmonis seruitutem attrahere; si qui igitur sint, qui lenocinium in populis exercent, perquirant Parochi, atq; ad Nos pro opportuno remedio deferant.

*De Vita, & honestate Clericorum. Cap. XXXI.*

**N**ationem nullam barbaris licet imbutam moribus, Sacerdotū orbatam præsidio neq; in veterum, neq; in recentiorum legimus historijs. Immò illos summa in veneratione habitos, apud omnes plurima testantur monumenta. Proh temporum atatis nostræ infelicitas? Dum vanis Idolorum, superstitionisq; cultibus humanū genus Dæmonis fraudibus obcæcatum, rerum omnium factorem, nesciebat, quæ falsis illis Dæmonū ministris nō exhibebat obsequia? Nunc autem infidelitatis fugatis tenebris, veri q; Dei coruscante lumine, seruitijs Diuinis adscriptos, non modo debito destituunt honore, sed quod execrandum est, contemnunt. Id non tam deprauatorum hominum vitijs, quàm Clericorum, & Religioni addictorū inertix adscribentes ad eorum mores reformandos, in ijs, quæ temporis præsens calamitas exoptulat, infra scripta scire decreuimus.

*Cons. Trid.*

1. Clerici omnes, qui beneficium Ecclesiasticum non obtinent, ipsi Ecclesiæ, cui sunt adscripti, vel Ecclesiæ Parochiali, sub qua degunt, omnibus saltem diebus festiuis, inseruiant, vbi ordinum, quibus sunt initiati, munia adimpleant, & omnes ad Curiam nostrā nomina propria deferant, & Ecclesiæ cui deseruiunt notam consignent infra mensē, ad effectum, vt privilegio fori possint gaudere.

2. Decenti habitu talari, tonsurati, & modesti incedant, sæcularium intrinsecam consuetudinem, & eorundem conuiuia effugiant, per plateas, & Oppidorum vias otiosi nē vagentur, in artificum officinis vbi potissimum vaniloquia, & scurrilitates, & sepe iurgia, non sine grauisima Dei offensa exoriuntur, ne diū commorentur.

3. Laruati nē incedāt Tabellionatus officium, Medicam, seu Chyrgicā artem, quæ adustionem, seu incisionem inducit, nē exerceat, seu aliquo modo faciant, nec pro alijs patrocinentur, præter quam pro pauperibus, & personis à Iure permissis, tunc autem nihil exigāt, & nostra præcedat licentia, tutelam, vel curam testamentariam,

seu

seu datiuam omninò renuant, sæculares administrationes, & negotia, non sibi adseiscant, nisi personarum miserabilium vtilitati prospicientes ipsis huiusmodi partes demandauerimus; Item mercaturam, agriculturam, omnes deniq; sordidas, seu ludicras artes euitent.

4. Coram Iudicibus sæcularibus, neq; actiue, neq; passiuè, lites agant, præterquam in casibus à Iure permissis, & Nobis antea consultis. Laicorum seruitijs non assistant. Aliena prædia ne conducāt, nisi in casibus, vt supra, à Iure permissis; pro alijs fideiussores nē sint. A venationibus illicitis, ludisq; vetitis, comedijs, choreis, fastationibus, palestris, vanisq; alijs spectaculis, aded abhorreant; vt ipsis nec intersint, nec præsent.

5. Ieiunia, lacrymæ, & orationes Clericorum sint arma, nec alterius generis deferre præsumant. Post primam noctis vigiliam, temere per vias nē deambulent, quod si legitima cogantur causa, lumen præferant omnibus conspicuum.

6. Presbyteri tonsuram in orbem ductam in vertice capitis non minorem vncijs quatuor, seu digitis tribus vnde quaq; Diaconi vna vncia, Subdiaconi vna & dimidia minore, Clerici in inferioribus ordinibus constituti, duabus vncijs vndiq; non inferiores gerant.

7. Barbam ita recisam Sacerdotes à superiori labro semper habeant, vt dum Sanctissimam Eucharistiam sumunt, pili non sint eis impedimento; capitis verò capillos æqualiter tonsos gerant, nec comam aliquo modo nutriant.

8. Ij, qui sæpius sacrum facere, ex beneficij, quod obtinent, vel alio quocumq; onere non tenentur, saltem singulis diebus festiuis celebrent, tunc autem sacramentalis semper præcedat confessio, si tamen frequentius ob peccati mortalis culpam abluendam, id eos facere non oporteat, vt puriores, & ea qua decet reuerentia ad tantum sacrificium accedant. Diaconi, & Subdiaconi bis in mense, Clerici verò inferiores, mense quolibet communicent, quod si impuberes sint, Sacramentalem faciant confessionem.

9. Libros illos Clerici neq; legant, neq; apud se retineant, quorū lectioe corrumpi mores possunt: huiusmodi autem sunt, qui res comicas, aut amatorias, aliasq; inanes, ridiculas, & impuras narrationes, fabulasuè continent. Verum adhibeant Sacra Biblia, Catechismum Romanum, Concilium Tridentinum, Vitas Sanctorū, Summas Casuum conscientix, aliosq; eiusdem generis, qui eorum, vel scientiam, vel probitatem adiuuare possint.

K

10. Eccle-

10. Ecclesiasticæ Musicæ numeros addiscant, non tamen lasciuus cantilenis intendant, quod si musica instrumenta pulsantes, aut cætibus indecoris, noctu vocem emittentes, per vias reperiantur, aut si id agentibus comites se præbuerint sicut. 25. carceris, & alijs arbitrio nostro pœnas luent.

11. Sacerdotes, aut Clerici cuiusuis ordinis, aut dignitatis ante fores Ecclesiæ non permaneant, aut per vias incedant, aut ab Ecclesia exeant, superpellicis induti, nisi cum sacre supplicationes fieri, aut Ecclesiasticum aliud officium exercuerint, quod superpellicium requirat, tunc autem ea grauitate, & modestia procedant, sicuti in titulo de Processionibus ipsis præscriptum est. In Ecclesia vero eam Religionem præferant, quam in titulo de horis Canonicis, & alibi sanciuimus.

12. Reliqua item omnia de Clericorum moribus præcepta, quæ nouissimè post multas Summorum Pontificum, ac sacrorum Conciliorum sanctiones Tridentina Synodus innouauit, uti maximè necessaria, ac Clericali ordini consentanea, omnino obseruari mandamus, sub iisdem pœnis, ac censuris à Iure statutis, & alijs arbitratu nostro imponendis.

*De Diuinis Officijs. Cap. XXXII.*

**D**iuinum Officium quanto studio, quanta sit cura tractandum, vel ex ipsa nominis appellatione licet conijcere. Diuina enim in re humanam permiscere sordidiam nefas est: sed senum potius, ac Cælestium Aulicorum naturam præstat emulari, quos sacris in historijs coram Augustissimo sanctissimæ Triadis conuentu constitutos, Regio deposito stemmate; genibus ad terram prouolutis, eximio cordis affectu, summi Regis laudes legimus celebrare. Nobis etiam, cum Deo sermonem habentibus, nõ solum animi pietate, sed etiam corporis humilitate, exterioriq; apparatu est ponenda diligentia. Propterea, &c.

1. Audito campanæ signo certis horis in edictis nostris statutis, omnes Canonici, alij beneficiati, & Clerici ad Ecclesiam conueniant, in Sacrificium se recipiant, vb pallijs dimissis, pileis, & soccis, super veste talari, superpellicea munda, & clericalia bireta induant, præterea Canonici, & Cappellani almutiam sumant. E' Sacrificia ordine exeant, & bini ad Chorum procedant, genuflectant coram sanctissimo Sacramento, reuerentiam Episcopo faciant si adsit, se ipsos inui-

*Visit. Apost.  
f. 31.*

inuicem saluent, sitam quisq; sedè adeat, paulisper orent, & postea dicto. per hebdomadarium Pater noster, & Aue Maria, & Credo quando dicendum est, ad initium officij omnes assurgat. In accessu ad Chorum nõ colloquantur, & multo minus cum alijs, neq; circumspèctent, non velociter nimis, nec nimis tarde incedant, sed incessus sit grauis, & modestus.

2. Dum in Choro versantur pro temporis, & officij ratione, stent, fedent, caput aperiant, genuflectant, collocutiones, risus, errantiu derisiones, mutationes locorum, clamores, lectionem litterarum, vel librorum, præterquam Breuiarij, incompositum corporis habitum, situm, gestumq; indecentem vitent.

3. Nemo flores, Rosas, Chirothecas, aut alia id genus leuitatem vanitatemq; præferentia gestet, neq; per Chorum, aut aliorum subsellia vagetur, aut faciem ab Altari, seu Choro, auertat.

4. Qui in prædictis defecerit, pœnis absentia, & alijs arbitrarijs punietur.

5. Omnes conueniant, ita ut excusandi non sint, etiam qui in Ecclesia celebrabunt, nisi essent Missæ Capitulares, & esset hora statuta illas celebrandi, vel nisi à Nobis alicui iniungeretur, vel licentia impertiretur, ut pro comoditate populi, ea hora celebraret. Excipiuntur Pœnitentiarius, & Decanus, ac Curati, dum actu Sacramenta administrent in Ecclesia Cathedrali.

6. Sciant omnes, non voce tantum, & lingua, sed mente, & corde Domino psallendum esse. Alacriter igitur modulentur Deo in Psalmis, Hymnis, & Canticis, alternis versibus psallentes, non cursim, neq; syncopatum, aut perturbatè, sed leniter, ac decenti respiratorium interuallo, ita ut in medio cuiusq; versiculi simul consistant, ut partes inter se distinguantur. Voce vtantur, nec nimis depressa, ut non audiatur, nec nimis acuta, ut ab alijs dissonet. Versiculus ab vna parte Chori prius non incipiatur, quam ab altera, alter fuerit finitus. Nemo submissa voce priuatim horas recitet, etiam si iam cepto officio superuenerit, nam postea supplere poterit, quod omiserit. Omnesq; Canonici, & cæteri in Choro assistentes, teneantur seruare id quod à maiori parte obseruatur, alioquin tanquam absentes pro illa hora puncentur.

7. A Choro ante peractum officium nemini discedere liceat, & si necessitas aliud postulauerit, obtineatur licentia à Nobis, vel Vicario nostro, vel à Præfeto Chori, & qui contrauerit multabitur in iulio vno.

*Modus in Choro permanendi.*

*Edictum de  
Hym.*

*Modus recitandi.*

*Visit. Apost.  
f. 32.*

8. Præfidentis Chori intelligatur Decanus, & Archidiaconus, eisque absentibus, sequentes in ordine eorum, qui præfentes erunt.

9. Munus Præfidentis sit omnia, quæ circa Diuinum officium statuta sunt, obseruari curare.

*Edict. nostr.*

10. Nemo recedat à Ciuitate in sua hebdomada in præiudicium seruitij, & in solemnibus vltra pœnam absentiz, qui non conuenerint, alijs pœnis, arbitrio nostro, punientur.

*Visit. Apost. f. 11.*

11. In Matutino pro absente habeatur, qui non venerit ante finem capituli de Beata Virgine, si eius officium recitandum erit, alioquin ante finem Psalmi. Venite exultemus. In alijs horis ante finem primi Psalmi. In litanijs ante inuocationem sanctissimæ Trinitatis. In Missa, qui non venerit ante vltimum Kyrieleison. Item pro absente habeatur, qui in principio officij venire nolens, ad extremum præfinit, ac indicti temporis venire distulerit.

12. Matutinum integrum cum nota, & cantu dicatur saltem quatuor solemnioribus anni diebus festiuis, videlicet, nocte Natiuitatis Domini, die Paschatis, die Pentecostes, & die festiuitatis Sanctæ Margaritæ, & Felicitatis Titularium nostrarum Cathedralium. Alijs anni solemnitatibus, & Dominicis diebus, canatur saltè Te Deum, & quæ post capitulum subsequuntur.

13. Officium Beatæ Mariæ Virginis, officium Defunctorum, & Psalmi Pœnitentiales, & Graduales recitentur iuxta rubricas Breuiarij.

14. Lectiones, & responforia recitaturus, ea perlegat, ac præuideat, vt expeditius legat, & hæsitacionem, aut errorem inter legendum vitet.

15. Præfectus Chori absq; strepitu errorem legentium, & psallentium corrigat, mandans, pro sua prudentia, vel suppleri, vel repeti, vel progredi, prout illi magis videbitur expedire.

16. Canonici quolibet die Dominico, & festo de præcepto Vesperas cantent per orbem, sub pœna iulij vnus applicandi sequenti in ordine, qui id munus explebit, & consuetus mos, tam in Vesperis, quam in Missis decantandis, cum Pluualibus, Diacono, & Subdiacono non omittatur, & cum Cappellani in Ecclesia nostra Cathedrali Falisca hoc munus Diaconi, & Subdiaconi per orbem subire debeant, & sæpe ex absentia alicuius, scandalum oriatur, proponimus pœnam iuliorum trium absentis, applicandorum sequenti in ordine, qui parari debebit.

17. In Collegiatis cantentur Vesperæ singulis diebus Dominicis, & Festis de præcepto.

18. Ve-

18. Vesperæ non decantentur, nisi postquam Doctrinam Christianam docendi exercitium, finitum fuerit.

19. Quo ordine omnes ad Chorum accesserunt, eodem ad Sacristiam, absolutis officijs, reuertantur.

*De Distributionibus quotidianis, & Punctatore. Cap. XXXIII.*

1. **P**rohibemus iuxta præscriptum sacri Concilij Tridentini, ne quis verè absens, donatione, collusione, vel quacumq; remissione ad distributiones quotidianas admittatur, sub pœna dupli à toto Capitulo persoluenda, si Capitulariter fuerit facta remissio, si verò aliqui tantum de Capitulo excefferint, ipsi delinquentes tantumdem de suis distributionibus amittant.

2. Excusantur absentes ob euidens seruitium Ecclesiæ, quod à Capitulo probatum sit, tamquam necessarium, & à Nobis confirmatum si causa sit noua. Item infirmi, nec non qui nostro mandato, vel ex officio confessiones audient, aut alia Sacramenta in Ecclesia ministrabunt tempore Diuinorum officiorum. Item Decanus, & Archidiaconus occupati in cura animarum, tam in Ecclesia, quam extra. Item is, qui celebrant Missas Capitulares suis horis, nõ autem si celebrètur ex deuotione, nisi forte aliqua necessitas id exposulet. Idq; non nisi consensu Decani Falconensis, seu Archidiaconi Cornetani, seu alius Chori Præfecti. Item Canonici missi Romam pro visitatione liminum.

3. Pœnitentiarij pariter possunt abesse à Choro, & lucrari distributiones, dum assunt personaliter Confessionarijs, & actu confessiones audiunt in Ecclesia.

4. Item is, qui ad canendum in Organo à Cappellæ Præfecto vocantur. Non tamen gaudeant distributionibus is, qui ante superuenientem aliquam ex supradictis legitimis causis per Nos approbatis, residere non consueuerant.

5. Absentes à residentia vltra tres menses, amisisse censeantur, tertiam partem omnium fructuum illius anni, iuxta consuetudinem in hac Cathedrali Falisca obseruatam, si abfuerint sine nostra licetia.

6. In nostris Cathedralibus, & alijs Collegiatis Ecclesijs, singulis quibusq; annis, prout hucusq; factum est, constituitur Punctator, qui antequam officium aggrediatur, coram Episcopo, vel Vicario, vel Capitulo iuramentum præstet de eius munere, bene, & fideliter exercendo ad formam in calce huius Capituli præscriptam.

7. Li-

7. Librum punctationum penes se habeat, & diligenter custodiat, in quo sine vlla personarum acceptatione, singulorum absentiam, certis punctationibus distinctè notet: Curet autem publicè in ipso Choro, vel coram digniore persona, ad tollendas suspiciones, adnotare.

8. Et vt Punctatoris diligentia appareat, teneatur ipse met singulis mensibus, librum punctationum ad Nos, etiam non requisitus, asserre, & in Nostra absentia ad nostros Vicarios Generales, in Diocesi verò ad caput Ecclesie.

9. Notanda verò non solum erit absentia eorum, qui Choro interesse debent, sed etiam errata, quæ absentie æquivalent. Ea vero sunt huiusmodi, libros, litteras, aliasq; scripturas legere, à Diuini officij recitatione alienas. Item festinanter, syncopatim, & non cum debita pausa, nec cum alijs officium recitare, seu canere; illum enim qui hæc admiserit, volumus, eius horæ, aut Missæ distributiones amittere, ac si illis minime interfuisset. Omnes etiam in Choro deferant, & retineant præ manibus Breuiarium proprium, aliàs tanquam absentes à Choro pro illa hora punctentur.

10. Et quoniam, vt experientia docuit, punctationes, circa celebrationem Missarum, & Diuina officia in Cathedrali nostra Montisflaconeñ, sunt adeò tenues, vt sæpe negligantur. Volentes huic inconuenienti occurrere, statuimus, vt Canonici, absentes à Choro, vbi antehac amittebant baiocchos septem, computato augmento quod vocant S. Martini, in posterum qualibet die integra, singuli amittant baiocchos decem, Decanus, item Sacrista, Cappellani, & Clerici proportionabiliter, pro rata augendo punctationes persoluant, incipien à prima die mensis Maij proximè futuri. Missarum verò punctationes ex nunc augemus ad duplum, videlicet ad baiocchos duodecim, præter pœnas, quibus ij puniètur, qui vel ex propria negligètia, vel culpa omiserint, quæ erit pro qualibet Missa priuata, iuliorum duorum, pro maiori verò, seu prima Conuentuali Missa, iuliorum trium, in vsus pios arbitrio nostro erogandorum.

*Formula Iuramenti præstandi à Punctatoribus.*

Ego N. Punctatoris officium, quod suscepi, promitto, spondeo, ac iuro me fideliter, & sincerè quantum in me erit exequuturum, & muneri meo, nec indulgentia, nec odio, nec amore, nec spe, nec metu, nec vlla alia causa defuturum, sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Si

Si Punctator contra notatam formulam deliquisse deprehendatur, graues, tamquam periurus arbitrio nostro pœnas dabit.

*De officio Decani, & Archidiaconi. Cap. XXXIV.*

**N**on solum cura animarum, cum onere habendi substitutum, tam Decano nostræ Cathedralis Faliscæ, quam Archidiacono Cornetanæ Cathedralis, incumbit, verum etiam (vt optimè Synodus Reuerendiss. Episcopi Bètiuoli prædecessoris nostri admonet) vtrumq; esse quasi columnas omnium Diuinorum officiorum, cum ipsi primarias Ecclesiarum nostrarum Cathedraliù dignitates sortiti, sacrarum horarum pondus, sustinere debeant, ideò si accuratè eorum munera obierint, eorum conscientijs, & honori, & Nobis satisfacturos esse certo sciant.

1. Diuinis officijs, & Choro in omnibus præsent, ac omnes Canonici, Cappellani, Clerici, reliquiq; Ecclesiarum nostrarum Ministri, obedire eis promptè teneantur.
2. Ad eos spectat officium præuidere, & curare, vt ordinatè, & rectè reciterur, lectiones, responsoria, & Antiphonas, Euangelia, & Epistolæ, alijs indicare, & auscultare.
3. Præscribant officium minorum ordinum, tam in Missa Pontificali, quam in alijs omnibus officijs Diuinis, & Missis.
4. Curent obseruari omnia, quæ de officio Diuino, & de Missarum celebratione, & de alijs omnibus ad Ecclesiam pertinentibus, statuta à Nobis sunt. Errantes redarguant, & punctari mandent.
5. Cereemoniarum Magistros, & Punctatores, vt officium suum rectè exercent, cura eorum sit.
6. Tabulam Missarum, & officiorum appensam in Sacristia, & Choro obseruari studeant.
7. Innouamus decretum bon. mem. Episcopi Bètiuoli, quo supra dictis Decano, & Archidiacono præcipitur, vt aliam tabulam, cum Magistro Cereemoniarum conficiant, vbi ordinè notent Ministros omnes, qui iuxta librum Põtificalem in sacro Mysterio Missæ, quædo Episcopus celebrat inseruire, vel cantare debent.
8. Animarum curam dictarum Cathedralium studiosè, & charitatiuè exercent, ac vt boni Pastores ei iugiter inuigilent, & Nobis absentibus, quo ad Missarum solemnias, vices nostras suppleant.
9. Capitula de more congregent, aliaq; exercent, quæ vel communi iure, vel Constitutionibus præmissis, aut probatis consuetudinibus,

dinibus, eis attributa sunt, quæ omnia, & singula in vnum reducimus, & præfenti decreto edicimus, & statuimus. Quod si in supradictis, vel alijs ad eorum officium spectantibus, se negligenter gesserint, pœnis condignis à Nobis punientur.

10. In eorum absentia, sequens in dignitate, vel ordine succedat.

11. Quando Capitulum à supradictis intimabitur, seu de eorum mandato, omnes Canonici, & omnes alij de Capitulo teneantur ad illud conuenire, nisi legitimo impedimēto fuerint detenti, sub pœna iulij vnus, qui loco distributionum quotidianarum cedat. Idem seruetur in alijs Ecclesijs Collegiatis nostræ Diœcesis.

*De officio Sacristæ. Cap. XXXV.*

**C**orporis externus cultus interiorem animi nitorem designat. Animaduertant igitur ij, quibus rerum sacris vsibus destinatarum, cura commissa est, vt talis in ipsorum manibus appareat sacra supellex, quales ipsi apud omnes haberi velint.

1. Quoniam Sacrista Ecclesiæ nostræ Flasconensis omnes alios huiusmodi officia in Diœcesi nostra exercentes antecellit, ab ipso exordium sumemus, de alijs mox verba facturi.

2. Secundum enim locum in Choro, & Capitulo obtinet, duplicatas portiones, cum Canonicis percipit, & Decani absentis exercet munia, ex antiqua fel. rec. Urbani Papæ V. Institutione.

3. Nouerit igitur se tot prærogationibus non ideo fuisse dotatum, vt in vitæ commodis iners dormiat, sed vt promptius, alacriusq; Ecclesiastici thesauri curæ, sollicitè inuigilet.

4. Ecclesiam ab omni prorsus etiam leui sordē mundā, nitidamq; seruabit, quod vt facilius obtineatur cuilibet Clerico, Altare puluere, telis araneorum, & alijs immunditijs expurgandum, custodiendū, ordinandūq; tradet. Clerici qui munus hoc reuerint, vel susceptū minus diligenter exercuerint, pœnas à Nobis acres expectent.

5. Presbiterum, vel saltem Clericum idoneum, annorum sexdecim ætate non minorem, substituatur, qui Sacristiæ continuis horis ante meridianis sedulo assistat, sacra indumenta, & alia necessaria Sacerdotibus celebraturis præparet, horarum Canonicarum, & Missarū signum det, campanarū pulsatione, nihil deniq; prætermittat, quod Ecclesiæ, Diuiniq; cultus seruitium requirit. Nouerit tamen Sacrista ex hoc à muneribus sibi incumbētib; non esse immunem, nam si in aliquo ex præmissis, redargui posse comperiat, multis arbitrio

arbitrio nostro sentiet.

6. Sacrista, qui propriè Oeconomus reddituum Sacristiæ huius nostræ Cathedralis Faliscæ dicitur, Canonicorum suffragijs deputari solitus, post hac annuatim Canonicus creetur, qui Sacristiæ redditus exigat, illosq; in vsus, & manutentionem vtensilium conuertat, de omnibus peracto anno, fidelem rationem Nobis reddaturus.

7. Alij Sacristæ Ecclesiarum inferiorum, omnia per se ipsos diligenter adimpleant, si pœnas arbitrio nostro imponendas, euitare velint, & præsertim Sacristanus Cathedralis Cornetanæ, ita onus suum adimpleat, vt à prima Missa, vsq; ad finem Diuinorum officiorum assistat seruitio Sacristiæ, iuxta ordines alijs à Nobis in edictis factos.

8. Nè Sacristiæ supellex ab Ecclesia extrahenda, cuiquam sine nostra licentia, & assensu Capituli capitulariter congregati accommodetur, pluribus nostris cauetur edictis, quibus strictius obligaturis modo præter pecuniarias, anathematis pœnā adiungimus. Quædo vero de nostra licentia accommodabitur, in libro particulari describatur a Sacrista, cum subscriptione accommodatarij, ne incuria, aliquid deperdi contingat.

9. In Cathedrali verò Cornetana non accommodetur supellex sine consensu Capituli.

*De Magistro Cereemoniarum. Cap. XXXVI.*

**E**A est hominum natura, vt non facilè queat, sine adminiculis exterioribus, ad rerum Diuinarum meditationem sustolli. Propterea pia Mater Ecclesia, ritus quosdam, & cæremonias instituit, ex Apostolica disciplina, & traditione, quò & maiestas rerum, quæ in Ecclesia peraguntur commendaretur, & mentes fidelium, per hæc visibilia religionis, & pietatis signa, ad rerum altissimarum contemplationem excitarentur.

1. Hæc sanè, vt qua decet animaduersione pertractentur, vtq; Diuinus cultus debitis non destituatur obsequijs, statuimus, vt in Ecclesia nostra Cathedrali Flasconensi, duo Cereemoniarū Præfeti, ad hoc munus aptiores, in proximo generali habendo Capitulo, creentur, quorum alter sit Canonicus, Cappellanus alter, ij; festis solemnioribus, ac quæcumq; Nobis præsentibus Ecclesiasticæ munia Deo persoluuntur, semper assistant, parteq; in hoc onere, sibi iniunctas, quàm diligentissimè exequantur. Alijs autem festis

L diebus

*Cons. Trid.  
sess. 22. de  
sac. Miss. c. 5.*

diebus ipsorum alter, qui minus Ecclesie seruitijs sit implicatus, munus suum adimpleat. In reliquis vero Ecclesijs factis erit, si vnus huic officio praesit.

2. Ad hoc munus spectat inuigilare, vt Diuina officia in Ecclesia congruis ceremonijs ex Missalis Rubricis, & Ceremonialis Romani praescripto ritè celebrentur, quando standum, sedendum, genuflectendum, caput demittendum, aperiendum, vel tegendum, indicare, clarisq; & decentibus nutibus annuere, & huius peritia ignaros praedocere.

3. Diligentissima consideratione perpendeant, quid ad officia pertineat singulorum, circa personam Episcopi celebrantis, insigniumq; aliarum personarum, vt si in aliquo sint monendi, praesto esse possint.

4. Quando aliqua solemnè ritu erunt peragenda functiones, quae non ita frequenter solent occurrere, per diem ante, Ceremoniale, & alios rituales libros attentè perlegant, & solum, seu sedilia proijs, qui solemnitati interesse debent praeparant, sacrae vestes, sacra vasa, cerei, & alia utensilia, suo sint quaeq; loco disposita, & praeparata. Non putent se memoriter omnia, cum facilitate, & ordine peracturos, sed in schedula, vel notula, cunctis actionibus diligenter adnotatis, memoriae fragilitati succurrant. Affectationis vitium omnino abiciant, cum grauitate, congruè mora, decoro corporis gestu faciant, quicquid facturi sunt, praesertim si monendus, aut docendus quispiam erit, vel erratum aliquod corrigendum.

5. Ecclesiam, Altaria (si quae sacrae supplicationes sint habenda) vias per quas incedendū sit, frontis, & mentis oculis attentè lustrèt, vt benè sint cuncta disposita, nihil inconcinne, aut praeposterè appositum, quod aspicientium offendat intuitum.

6. Generales, & particulares dirigat supplicationes, & ad illas procedentibus sua quibusq; loca statuatur, & ad Baldachinum hastis subleuandum nobiliores è populo eligat, & inuitet.

7. Ceremoniarum Magistro in ijs, quae ipsius muneri incumbunt, omnes etiam Canonici, vel alia Ecclesiastica dignitate insigniti, promptè, sollicitèq; pareant, aliàs grauibus, pro qualitate inobedientiae, poenis mulcèbuntur.

8. Aduertat tamen ipse Ceremoniarum Praefectus, se in omnibus verbis, & exemplo praebere amabilem, modestum, piū, Deiq; dignū ministrum, ac fratrem potius, quam Superiorem esse nouerit confacerdotum.

*De Resi-*

Synodalem Constitutionem Reuerendiss. D. Episcopi Bentiuoli, quae sancitum fuit, vt Canonici, & alij, beneficia, personalem residentiam requirentia, obtinentes si per sex menses ab eorum Ecclesijs abfuerint, poenam priuationis suorum beneficiorum, ipso facto incurrant innouamus, eamq; inuolabiliter obseruari mandamus.

1. Citra vero dictum tempus sex mensium, absentes sine nostra, vel Vicarij nostri licentia, arbitrio nostro seuerè mulcèbuntur, & praesertim Canonici nostrarum Cathedralium, & Collegiatarum in dimidia fructuum suorum Canoniarum priuabuntur, licet enim à Concilio eis permittatur absentia trium mensium, hoc tamen in scio Ordinario, illis non conceditur.

2. Parochi, qui strictius ad residentiam tenentur, cum hoc onus eis à Iure Diuino, naturali, & positivo impositum fuerit, sine nostra licentia, per bidaum absentes, seuerissimè à Nobis punientur, etiam si idoneum Vicarium, in cura animarum substituerint. Sciant praeterea praeter peccatum mortale quod incurrunt, se se, durante absentia, non facere fructus suos. In illis verò locis in quibus non adsit alius Sacerdos, ad sacramentorum administrationem aptus, nisi Parochus, non permittimus Parocho pernoctare extra Parochiam, sub graui poena, arbitrio nostro, infligenda.

3. Si quis Parochus repentina de causa discedere coactus fuerit, is absentiae suae causam, per litteras Nobis significet, quae si rationabilis videbitur, perinde erit, ac si licentiam obtinuisset, sin autem ratio absentiae non probabitur, pro absente reputabitur, & poenas non residentium dabit.

4. Non detur absentiae licentia à Vicario nostro ultra bimestre, & non nisi iusta, & graui de causa, & non nisi substituto Vicario, ne animarum cura detrimentum patiatur.

5. Permittitur Vicarijs Foraneis facultas dandi licentiā absentiae, ijs, qui suae Congregationis sunt, ita tamen, vt non excedat triduum, & adsit causa.

6. Parochi in Aedibus Parochialibus inhabitent, aliàs pro absentibus habebuntur, & ideo in poenas absentium incurrunt, & si domus residentiae corruat, instauretur sumptibus eorum, ad quos de iure spectat restauratio.

7. Sacri Concilij Tridentini Decretum de residentia, quod est

L 2 pri-

primum festi. 23. publicetur in Synodo, & semel in anno à Parochis videlicet, in Dominica prima Quadragesimæ, vel Aduentus.

*De Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum. Cap. XXXVIII.*

**P**Ræter ea, quæ in speciali decreto super Capitulis nostrarum Cathedralium habendis, per Nos in Visitationibus generalibus, edito in fine, cum alijs similibus registrando, quod hic innouamus, & seruari mandamus, infra scripta addere visum est.

1. Si statutis Capituli diebus, vnico conuentu de rebus agendis, consilium sumi non poterit, aut interim aliquod interueniat, quod diutius trahi non possit, liberum sit, Capituli Præfecto, statuto die, minime expectato, quandocumq; opus fuerit, Capitulum conuocare, modo id vniciq; de Capitulo per diem ante intimetur.

2. Diuinorum officiorum tempore à Canonicis, vel alijs Ecclesiæ Ministris, capitulares conuentus non habeantur, nisi fortasse vrgens aliqua, & repentina incidat necessitas, quæ non patiatur Capitulum differri, vsq; ad completas Ecclesiasticas functiones, in quo præfecti Capituli conscientiam oneramus.

3. Capitulo habendo præmittantur per Præfectum, preces, quæ ante Congregationes recitari solent, eodemq; completo, gratiæ omnipotenti Deo, de more agantur.

4. Si de negotijs, Canonicorum aliquem pertinentibus agendum erit, is de cuius commodo, seu damno tractatur, discedat, & liberam singulis dicendi facultatem relinquat. Quod tunc etiam seruandum præcipimus, quando res decernendæ ad Canonici alicuius pertinent consanguineos, in primo, & secundo gradu.

5. Munera Capituli auctoritate iniuncta, nè recusentur, sed cum omni fidelitate, ac diligentia, singuli ea exequantur, ab alijs nè perturbentur, cum æquum non sit, vt quis in delegatam alijs mensem manus imponat. Camerarij verò, aliq; officiales demandato sibi munere completo, coram Capitulo, vel ab eo electis Sindicis, statim administrationum suarum computa, clarè, & lucidè continentem codicem discutiendum exhibeant, quodq; soluendum fuerit, exoluant, quo non factò, confirmari non possint, idemq; seruetur in Oecono Sacristiæ Flasconè.

6. Ad Capitulorum iura perpetuò integra, & inuiolata seruanda, armarium, per singulas Ecclesias, in commodo, & humiditati non obnoxio loco, firmis binis feris, & clauibus munitum, construatur, in quo

quo quasi Archiuio rationaria, bonorum inuentaria, apocæ, codices, & scripturæ omnes ad Capitulum spectantia sub certo ordine disposita, conseruentur, nec cuiquam aliquid inde surripere, aut asportare liceat sub excommunicationis, & alijs, arbitrio nostro, pœnis.

7. Nè vlla ad fraudes anfa remaneat, instrumenta, rationaria, inuentaria, apocæ, codices, & scripturas, in Archiuio repositas index distinctè adnotata contineat, clauium Archiuij alteram penes Decanum Montisflasconensem, & in alijs Ecclesijs penes ipsarum Capita, alteram verò penes Camerarium, diligenter asseruari mandamus.

Si quis scripturas, seu alia quæcumq; ad Ecclesias nostras quomodolibet spectantia penes se retineat, seu de ijs notitiam aliquam habeat, infra dies quindecim restituere, seu reuelare omnino teneatur, sub iisdem pœnis.

*De alijs Ministris Ecclesiæ. Cap. XXXIX.*

1. **C**VM ea, quæ in Ecclesia Dei agenda sunt, ordinatè fieri, nec alterius officia, alteri sibi vsurpare, sed suum quemq; munus diligenter explere conueniat, præfenti decreto statuimus, vt quicumq; Dignitates, Canonicatum, Cappellanas, & portiones in Ecclesijs nostris Cathedralibus, alijsuè Collegiatis obtinent, seu in futurum obtinuerint, per se ipsos, non autem per substitutum deseruiant, & Episcopo celebranti, aut Pontificalia exercenti, assistere, & ministrare, iuxta præscriptas regulas Põtificalis Romani teneantur.

2. Clerici omnes non solum Episcopis, & ijs, qui præfunt, sed prioribus etiam in ordine, & dignitate, debitum honorem, & reuerentiam præstent, atq; in ijs, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam, & Ecclesiasticarum functionum exercitium pertinent, hilarem, & cæcâ præstent obedientiam; Si quis se grauatum senserit, ex eò, quod sibi ad suum ordinem, & officium non spectantia munia, demandata esse existimet, non propter hoc dissentiat, sed iussis sibi præeminētis, humiliter obtemperet, & postea, finita functione, grauamina Nobis exponat.

3. Canonici nominis, & institutionis suæ memores, ea pietate, & assiduitate Diuina officia colant, vt alijs eorum exemplo, ad studium, & amorem Diuini cultus inflammentur. Cum in Choro psallendū est, ipsi quoq; quantum honoris gradu, cæteris præstant, tanto studio-

studiosius Psalmis, Hymnis, & Canticis, vna cum alijs modulantes, Dei laudes concelebrent. Si huic officio defuerint pro absentibus habeantur.

4. Pœnitentiarij nostrarum Cathedralium, eorum muneri assistedi Confessionarijs, audiendiq; fidelium confessiones, quam diligentissimè satisfacere curent, scientes se se tunc solum præsentis in choro censerî, dum confessiones in Ecclesia audiunt.

5. In nostra Cathedrali Falisca, Nobis ministrantibus, Canonicis Assistentium, Cappellanis verò, Diaconi, & Subdiaconi munus incumbit. Celebrantibus autem Canonicis, festiuis diebus, cum Diaconi, & Subdiaconi officium, Cappellani explere per turnum teneantur, & ob tenuitatem pœnarum, sæpe deficiant, mandamus, vt in posterum, sub pœna iuliorum trium, illi qui eius vices suppleuerit, applicandorum, quilibet Cappellanus hoc munus adimpleat, vel per se, vel per alium, & non possit sub pœna dupli condonari supradicta pœna iuliorum trium. In Cathedrali vero Cornetana, Sacristanus, & alij Clerici quorumcumq; maiorum ordinum, prædictum onus se parandi ad Subdiaconatum, & Diaconatum, subeant, quando verò non aderunt qui illud expleant, ad dicta munia, Canonici sint adstricti. Si verò dignitates celebrant solemniter, Canonici semper se parent.

6. Seruetur in omnibus nostris Ecclesijs optima consuetudo constituendi ex Canonicis, & Cappellanis Sacerdotibus in orbem, hebdomadarij, qui Missam, & Vesperas canat. Is, si suo officio non satisfecerit, trium dierum distributionibus careat, quarum tertiam partem ei, qui Collegæ munus expleuerit, reliquas duas seruientibus applicamus.

7. In omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & Parochialibus, à Sacristanis, vel ab alijs à Curatis deputandis, ter in die detur campanæ signum ad orationem Angelicam recitandam, videlicet in Aurora, in Meridie, & in Vespere, alijs qui defecerint, arbitrio nostro, punientur.

*De Parochis, & eorum officio. Cap. XXXX.*

**V**erissimè in libro Pastoralis scriptum reliquit D. Gregorius, Artem artium esse regimen animarum, cum in cordium lateribus rimandis, eorumq; curandis morbis, totum versetur, hinc quæta sit eiusmodi regiminis difficultas, necesse est ei innotescat qui Diuinarum

narum scripturarum didicerit testimonia. Verum ab huius oneris susceptione illi soli absterreatur, qui à Deo, tãquam Aaron minime vocati ignorant Dominum supponere manum suam. Illi verò, qui iactant cogitatum suum in Domino, certo sciant se se munus exercere, quo in terris nullum aliud præstantius, Deo gratius, faciliusq; excogitari potest, cum promissio diuina, ore proprio, curatoribus animarum facta, illis verbis. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consumationem sæculi, nunquam eis defutura sit, præsertim si ante omnia id spectent, vt vitia, quæ populos occupauerint exemplo probata vitæ explantent, ostendentes in se ipsis vere pietatis, morum, virtutumq; omnium normam, quam eorum subditi sequantur, atq; imitentur, cæteraq; adimpleant, quæ sequentibus sanctionibus decernuntur.

1. Curati omnes per se ipsos, vel per alios, si legitimè impediti fuerint, diebus Dominicis, & festis solemnibus, populum sibi commissum pascant salutaribus verbis, docendo eà, quæ scire omnibus necessaria sunt ad salutem, annunciandoq; eis, cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos cuitare, & virtutes, quas sectari oporteat, Euangeliumq; imminentis Dominicæ, vel festi, explicant, & in hoc peragendo adhibeant Catechismum Romanum, quem omnes, siuè latino, siuè vulgari sermone conscriptum, penes se habeant, sub pœnis arbitrio nostro imponendis. Qui verò parum, memoria, aut exercitatione valent, pium aliquem librum, aut homiliam vulgari sermone conscriptam, legant, nè populus à tam salubri cibo ieiunus domû recedat, exponere etiam tenentur, ex præscripto Concilij Tridentini, eà, quæ in Missa leguntur, aliquodq; mysterium sanctissimi huius sacrificij declarare.

2. Quando verò ab Episcopo, tempore Aduentus, vel Quadragesimæ, vel alijs temporibus Concionator mittetur, Parochi p id tēpus à prædicationis munere quiescant.

3. Sacramenta Parochi per se ipsos populo administrent, & animarum curam gerant, neq; cuiquam liceat per substitutum huic oneri satisfacere, nisi ille à nobis fuerit examinatus, & approbatus specialiter, in sacramentorum administratione, & in cura animarum solliciti, ac prudentes sint, atq; ipsorum vim, efficaciam, & virtutem, vulgari idiomate populo clarissimè explicant, quo maiori animi pietate, ac religione ad ea suscipienda, præparentur, & inflammentur.

4. Caueant nè eorum culpa, seu negligentia, aliquem paruulum sine baptismo, aliquem adultum, sine pœnitentiæ sacramento, sacro viatico,

*Conc. Trid.  
sess. 5. c. 2.*

*Conc. Trid.  
sess. 22. c. 8.*

viatico, extrema vnctione, & animæ commendatione ex hac vita discedere contingat, alioquin meminerint se se grauissimas pœnas, Dei, pecuniarum, & carceris passuros, quandocumq; tamen acciderit, vt ex eorum Parochianis aliquis sine omnibus sacramentis de vita decedat, teneantur id Nobis, seu Vicario nostro significare.

5. Curati in sermonibus populum saepe hortentur, vt cum infirmitatis casus euenerit, tempestiuè Parochos admoneant, vt suum munus explere possint. Præterea iidem Parochi curent, vt sciant an aliquis ex suis Parochianis ægrotet, eumq; etiam non accersiti vltro inuisant, & inquirant, an is confessionem fecerit suorum peccatorum, & ad sacramenta omnia suscipienda excitent, eosq; enixè in Domino monemus, & obtestamur, nè in extremis constitutos derelinquant, sed tunc maxime laborent, vt eorum animas, ex infernalis hostis faucibus eripiant. Ideo quàm diutissimè orando illis assistant, ad patientiam, ad tentationes repellendas, ad cogitationes bonas concipiendas, ad peccatorum intimum dolorem, & ad fiduciam de Diuina misericordia hortentur, illorumq; spiritus ex hac vita migrantes, Creatori suo, deuotè commendent. Sin vero alijs curæ impedimentis, detenti fuerint, ita vt moribundi vltimum transitum expectare non possint, per alium Sacerdotem idoneum id munus adimpleant. Negligentes in hoc à Nobis arbitrato nostro grauiter punientur.

6. Dominicis, alijsq; festiuis diebus Parochi cum superpelliceis, & stolis ante Missam maiorem, collocent se in Confessionarijs, ibiq; permaneant saltem per horam, etiam si nullus ad cõfiteudum accedat.

7. In suis Parochijs sedulo inquirant, an qui sub eorum cura degunt, in concubinato viuant, vsuras exerceant, simulates, inimicitiasq; graues gerant, an aliqui publicè excõmunicati, an blasphemii, adulteri, lenones, nefario aliquo scelere coinquinati, incogniti, bonorum morum corruptores, rerum Ecclesiasticarum occupatores, an coniuges separatim absq; iudicio Ecclesiæ viuentes, an in gradibus prohibitis, & minus canonicè coniuncti reperiantur. Hos, atq; alios similes, si se ad eos corrigendos impares agnouerint, ad Episcopum deferant, vt qua ratione his malis prouidendum sit, pro sua auctoritate, & prouidentia decernat.

8. Non liceat Parochis, siue alijs Clericis immundos spiritus à corporibus obsessis, sine facultate Episcopi, exorcizare.

9. Ieiunia quatuor temporum, Vigiliarum, Aduentus, ac Quadragesimæ, festaq; occurrentia, populo, quolibet die Dominico, inter Missarum

Missarum solemnia denuncient, atq; doceant, qua ratione colenda sint; Significet pariter Stationes, Indulgentias, Processiones, aliaq; huiusmodi supplicationes obeundas, & in fine vnà cum populo clara voce confessionem faciant.

10. Indulgentias non nisi ab Ordinario probatas promulgent, & quando id faciendum erit earum vim, & ea omnia, quæ pro ipsarum consecutione præstanda erunt, populo explicent. Abusus, & quæstus omnes, ab ipsis prorsus tollant, iuxta dispositionem Pij V.

11. Missas in suis Parochialibus Ecclesijs, non solum Dominicis, & alijs festis diebus celebrent, sed etiam tam frequenter, præsertim, ieiuniorum diebus, vt suo muneri satisficiant.

12. Verum, vt innotescat an quisq; in sacro peragendo, suo muneri satisfecerit, in qualibet Parochiali Codex conficiatur, in quo vnus quisq; siuè Parochus, siuè alius Sacerdos, qui quoquo modo eò die celebrare tenetur manu sua subscribat, se celebrasse, vel ratione sui officij Parochialis, vel Cappellæ, aut legati Pij, aut anniuersarij, aut funeralis officij ratione, vt infra, videlicet.

Ego N. Missam celebraui ad Altare N. ex obligatione Parochialis, aut Cappellæ, vel deuotione. Qui contrafecerit, ac si nõ celebrasset, habeatur.

13. Singulis Dominicis diebus ante Missæ celebrationem, alba, & stola induti aquam sale aspersam ritu solemnè, ac sanctis precibus benedicant, eaq; Ecclesiam, Altare, & populum ante Missæ initium, aspergant. Vetus autem aqua in sacrarium effundatur.

14. Cum Sabbatho Sancto aqua benedicta fidelium domus de more lustrantur, in posterum non à Clericis, sed tantum à Parocho, vel à Sacerdote ab eo deputando aspergantur, neq; hoc permittat Parochi Regularibus.

15. Cum paris flagitij sit prolem nascituram, & natam perimere, Parochi scelus hoc grauissimum detestentur, pœnas à Sixto V., & Gregorio XIV. impositas explicet, vt quæ mulieres tam dirum nefas conceperint animo, absterreantur, nec non à filiorum suffocatione se se præseruent. Docentes eas, lethaliter peccare, si infantes filios, qui annum non compleuerint, secum in lecto retineant, incapacesq; nisi destiterint, absolutionis esse.

16. In vnaquaq; Parochiali adsit Clericus, qui talari veste indutus *visit. Apo. ff. f. 16r.* deseruiat in Ecclesia, eiq; salarium ex redditibus beneficiorum, qui in Ecclesia sunt, constituatur.

17. Teneantur Parochi, sub pœna arbitrio nostro infligenda, prima  
M Domi-

Dominica Quadragesima, cuiuslibet anni, inter Missarum solemnias, frequenti populo, Bullam Cœnæ Domini, Synodales excommunicationes, & Casus Nobis referuatos, vulgari idiomate publicare.

18. Vnusquisq; Parochus, sub pœna scutorum decem, habeat libros omnes Parochiales, videlicet, Baptizatorum, Confirmatorum, Matrimoniorum, Mortuorum, & De statu animarum, in quorum confectione seruetur forma præscripta à Rituali Romano, edito sub Paulo V. fel. rec.

*De cohabitatione Clericorum, & Mulierum. Cap. XXXXI.*

**C**um sacer ordo annexam habeat continentiã, in ea seruanda, Ecclesiastici Viri summopere niti debent, vt quam in promittendo ipsi Deo fidem oppignorarunt, inuiolatam re ipsa custodiant, perfidiaq; ob id graue scelus euitent. Id sanè adiuuante Deo, facili negotio assequentur, si à mulierum consortio, & contubernio abstinuerint, quas neq; domi habeant in ancillas, nisi ætate prouectiores, vt nulla de ijs suboriri possit mala suspicio. Illud Hieronymi consilium, ad Nepotianum, sequentes. Hospitulum tuum mulierum pedes, aut nunquam tangant, aut rarò, quia non potest toto, aut tuto corde habitare cum Deo, qui feminarum accessibus visitatur.

*Epist. quæ in-  
cip. Petis à  
me, lib. 2.*

*De Iure Patronatus. Cap. XXXXII.*

**E**os, qui ardentis pietate spiritus ducti, ex proprijs facultatibus, Ecclesias, Altaria, seu loca pia, cum annuis aliquot redditibus erexere, quosque patronos nuncupamus, multis prærogationibus Pontificiæ sanctiones locupletarunt. Nonnullorù tamen auaritia, qui non rarò, nullo licet titulo, nullaque legitima ratione suffulti, iura huiusmodi, contra Ecclesiarum, & Ecclesiasticorù prouectuum, fidelium liberalitate donatorum libertatem, sibi temerè usurpare, non erubescunt, nos inducunt, vt pauca subiiciamus.

1. Nè Ecclesiæ, & Ecclesiastica beneficia in seruitutem paulatim redigantur, nulla Ecclesia, Oratorium, Cappella, vel Altare, tabellas, inscriptiones, aut aliquod insignè retineat, aut à Rectoribus, & titularibus in posterum apponi tolleretur, ex quibus præsumi possit beneficium aliquod seu Ecclesiam esse de Iure Patronatus, nisi de eo, apud Nos legitime constet. Quod si huiusmodi inscriptiones, post Tridentinum Concilium sunt appositæ, nec cõstet de legitimo Iure,

illas

illas omninò amoueri, aut corrigi mandamus, nè quod inde beneficij libertati, præiudicium afferatur. Qui mandatis hiscè nostris obstitit, acerbis à Nobis penis submittetur.

2. Patroni Ecclesiarum, Cappellarù, & Altarium, Ius in eis patronatus obtinentes, potestate in qua eos Ecclesia sustinet, ne abutantur. Quamobrem si ea vacare contingat, siuè adhuc Rectore, & Cappellano superstite, in Ecclesiæ, & bonorum suorum regimine, seu administratione, haud manus imponant, sed omnia Rectoribus, & Oeconomis à Nobis, vacatione durate, deputatis, & in posterum deputandis, disponenda relinquunt, alioquin Iure patronatus ipso Iure priuatos, se esse sciant.

3. Nisi beneficia de nouo fundauerint, & extruxerint, aut iam erecta, de proprijs bonis, competenti redditu dotauerint, se non audeant patronos nuncupare, nec, nisi à Nobis institutum, & approbatum, vno decedente Rectorem, vel Cappellanum constituere. Nec huiusmodi Ius patronatus, nisi cum bonorum vniuersitate, aut nostro accedente assensu, vel in compatronos, seu Ecclesias, & Religiosa loca, donationes, & legati titulo in alios transferre præsumant. si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subiiciantur, & ipso Iure patronatus illicò priuati existant.

*Conc. Trid.  
sess. 25. de  
reform. c. 9.*

4. Controversias, quæ super hoc Iure exoriuntur, non alibi, quam coram Nobis ventilandas esse decernimus.

5. Curatos amouibiles, ad populorum, seu ad populanorum nutù in Diocesi nostra non tolerabimus. Huic decreto obfistentes anathematis gladio ferientur, & alias pœnas sustinebunt.

*Congreg. G. C.  
Trid.*

*De Purificatione post partum. Cap. XXXXIII.*

**L**audabilis, valdeq; religiosus, vbiq; ferè locorum vsus inualuit, vt Mulieres, prole suscepta, partusq; doloribus superatis, in Templis se sistant, gratias pro acceptis beneficijs, Deo optimo maximo acturæ, Sacerdotalemq; benedictionem recepturæ. Hunc ipsù vsum laudabilem, in nostra Diocesi, omninò retineri volumus, mandamusq; Parochis omnibus, vt illius finem, & rationem populis explicent, idq; aut in Euangelij Nuptiarum in Cana Galileæ celebratarum, aut in Sacramenti Matrimonij, iuxta formam à Catechismo Romano præscriptam, explicatione commodè præstabunt.

2. Quoniam verò in hoc ipso vsu, superstio sensim irrepsit, vt Mulieres noctu tantum, aut in die Veneris, benedictionē hanc petat,

M 2 in ea

in ea prorsus tollenda, tota industria nitantur Parochi, moneantq; puerperas, vt Ecclesiam adeant Parochialem, vbi cum cetera omnia Sacramenta ministrantur, congruum est, & sacramentalia conferri, huiusmodi benedictionem quolibet die, & quauis hora recepturæ.

Non aliam adhibeant formam, nisi in Rituali Romano sçl. rec. Pauli V. præscriptam.

*De Iniurijs, & Damno dato. Cap. XXXIV.*

**N**on pauci Diabolo, malorum omnium auctore, suggerente, Clericos, aliaq; Ecclesiasticas, & Nobis subiectas personas iniuria afficere, rixas inter eas commouere, vel etiam (quod est execrandum) percutere non erubescunt.

1. Ad horum temeritatem reprimendam, vtq; personas Diuinis seruitijs adscriptas, de quibus dicitur. Nolite tangere Christos meos, debitus exhibeatur honor, & reuerentia, Grauiissimas ( præter casus Romano Pontifici in hoc reseruatos) pœnas pro delictorum, & personarum qualitatibus, statuimus in eos, qui contra Clericos quoscumq;, aliaq; Nobis quomodolibet subiectas personas, contumelias proferre, ad rixas prouocare, iurgia inter ipsas excitare, violentas manus iniicere, ipsas, deniq; dictis, aut factis laceffere quomodolibet ausi fuerint. Hos præter casus suprascriptos, Ecclesiastico cœsurarum baculo, carceris, alijq; corporalibus, & pecuniarijs multis compefcemus.

2. Clerici verò, qui isthæc attentauerint, pœnas suprascriptas non euadent, immò acriores dabunt.

3. Incredibile est quam auidè, quidam iniquitatis sanè filij, de Clericorum bonis sitiant expleri; Ideò muneris nostri cura exigit, vt molis nise fructuum, & bonorum Ecclesiasticorum vsurpatoribus, & dilapidatoribus, medicinam adhibeamus salutarem. Inhibemus igitur omnibus, & singulis, ne sub pœnis in statutis, seu capitulis huius nostræ Ciuitatis contentis, immò duplicatis audeant, per se ipsos, aut eorum animas, seu per alios quoscumq; directè, vel indirectè, super frugibus, segetibus, arboribus, animalibus, omnibus denique alijs Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum bonis damnum vllum inferre.

4. Non prætereant Confessarios huiusmodi latrones, absolutionis esse incapaces, donec damnum parti læsæ restituant.

5. Super his omnibus, p accusationè, quæ recipietur à quocumq; delat-

4. рѣшити.  
33. г. чл. 6. ст.  
т. 1. 34. г. 6.

delatam, cum certa condemnationis portione, ipsi accusatori destinata, & illico soluta, vel per diligentissimam inquisitionem, omni adhibita solertia, procedemus, saluis tamen Summorum Pontificum Constitutionibus, & præcipue Sixti V.

6. Sciant præterea qui huic se decreto opposuerint, vel damna intulerint, se à sacrosancta Tridentina Synodo ipso iure excommunicatos, & à Nobis carceris per tres menses, & funis lictuum trium, pœnis multandos fore.

7. Animaduertentes vniuersis Ciuitatum, & Dicecesis nostræ populis ineuitabilia prouenire damna ex pactionibus, quæ interueniebant inter damnificantes, & agrorum Custodes, seu potius deuastatores, qui conuiuentibus oculis, damna fieri patiebantur, immò ipsi vigiles assistebant, nè à proprijs Dominis deprehenderentur, & recepta pecunia ex aliorum iactura turpè lucrum reportabant, salubriori remedio, morbo huic mederi, non potuimus, nisi reseruando nobis hunc Casum. Hoc igitur Confessarijs innotescat, nè quos absolutione indignos (non resectis damnis) iudicamus, ipsi temerè absoluere præsumant.

*De Regularibus, & Exemptis. Cap. XXXV.*

**E**os, qui mundi illecebris, & inquinamenti posthabitis, ad strictioris vitæ institutum vltro addicuntur, peculiaribus certis prærogationibus, non immeritò Romani Pontifices fuere prosecuti.

1. Nostri itaq; muneris est non solū indulgè huiusmodi, pro auctoritatis nostræ viribus, defendere, sed etiam, nè quispiam, sub priuilegiarum intuitu concessæ exemptionis excedat fines, præcauere, vt cuilibet in ijs ad quæ præstanda Iuris auctoritate deuincitur, pastoralis nostræ apex innotescat dignitatis.

2. Regulares igitur quicumq; nostris pœnis subijciuntur, iuxta Summorum Pontificum, Conciliorum, & Canonum Sanctiones, qui sacri viatici, aut extremæ vnctionis sacramenta, absq; necessitate, seu Parochi, nostrauè licentia, secularibus ministrabūt æ grotis, quiq; super sponfis benedictionem effandent, aut compatres, seu patrini erunt, si quæ noua miracula, reliquias, aut indulgentias publicabūt. Item qui nouas contruēt Ecclesias, seu Monasteria, qui extra claustra processiones agent, aut qui, sine Parochi assensu, defanctorum ad sepulturam leuabunt cadauera. Confessiones audiēt, seu à Casibus Nobis

Nobis referuatis absoluent, aut conciones etiam in proprijs Ecclesijs, habebunt, absq; nostra licentia, seu benedictione respectiue. Aut sacros ordines, sacra olea, Ecclesiarum consecrationes, ab extero recipient Pontifice; Mulieres in eorū claustra ingredi patiētur.

*Conc. Trid.  
sess. 25. de  
regul. c. 13.*

3. Regulares item, qui ex consuetudine, vel iure, sacris supplicationibus, tum publicis, tum alijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorū corporibus interesse debent, censuris, alijsq; remedijs opportunis compellentur, si promptos se ad hoc opus non exhibebunt. Quod si in ipsis controuersia aliqua exoriatur inter quoscumq; super præcedentia, Decretis nostris acquiescendum, appellatione remota, statuit Sacrosancta Tridentina Synodus.

4. Censuræ, & interdicta nē dum à Sede Apostolica probata, sed etiam à Nobis promulgata, mandantibus Nobis, à Regularibus in suis Ecclesijs publicari, & seruari debent. Dies etiam festi, quos in ditione nostra colendos præceperimus, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus seruentur.

5. Non licet Regularibus à suis Cōuentibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab iisdem missi, aut vocati fuerint, qui verò sine prædicto mandato in scripto obtento, reperti fuerint, à Nobis, tanquam sui insituti desertores, seuerè punientur.

*Conc. Trid.  
sess. 7. de re-  
for. c. 13.*

6. Religiosi, & exempti omnes sciant nuper à Sanctissimo D. N. Gregorio XV. fuisse reuocatas, ac nullas, & inualidas prorsus declaratas quascumq; electiones, nominationes, & deputationes quorumuis Conseruatorum, eis autoritate Apostolica quomodolibet concessorum, ac consequenter pro omnibus causis ciuilibus, eoram Nobis conueniēdos esse, & Iuris remedijs ad debitorum solutionem, per Nos esse cogendos, pro comperto habeant; Nisi alium Conseruatorem sibi elegerint, siue in dignitate Ecclesiastica constitutum, vel personatum obtinentem, vel aliquam ex Canonicis nostrarum Cathedralium, qui etiam in nostra Synodo Iudex electus, siue designatus existat, & alijs iuxta formam Constitutionis super hoc ab eodem Sanctissimo editæ, quæ incipit. Sanctissimus in Christo Pater. Romæ publicatæ, die 20. Septemb. 1621. quam in omnibus, & per omnia obseruari mandamus.

7. Causæ sanctissimæ Inquisitionis (quas Deus a nostra Dirione longius expellat) non ad ordinem Superiores inter suos subditos, sed ad Nos ex S. D. N. Pauli V. sel. rec. decreto, spectant, etenim super ipsis accusationes, seu denunciationes recipere, testes examinare, processus conficere, illosq; cognoscere, & definire, nostræ, seu Inqui-

Inquisitionum sancti Officij concessum est tantummodo potestati. Superiores prædicti non solum Reos, sed etiam accusatores, denunciatōres, ac testes, licet Regulares, ad Nos, nulla interposita mora, quocumq; præuentionis, & consuetudinis, etiam immemorabilis, aut præsumptæ calumniæ secliso prætextu tenentur transmittere.

8. Eremitarum habitum, sine nostro permissu, assumere nemo præsumat, ij verò, qui hucusq; fuerunt admissi, vel in posterum, admittentur, vitam cēlibem, integram, monasticam ducant, hominum fugiant commercia, & Sacramentorum frequentatione, bonorum operum exempla, omnibus præbeant.

*De Monialibus. Cap. XXXVI.*

1. **Q**Uæ de Monialium reformatione, Concilium Tridentinū, Pius V. & Gregorius XIII. sel. rec.; Diuino afflāte spiritu, fanciuerit, satis, superq; ipsarum honestati, ac decori consulunt. Ideò omnia, & singula in iisdem Constitutionibus, & Decretis disposita, in Monasterijs nostræ curæ subiectis, per omnes, ad quos spectat, ad amissim, & inuiolabiliter seruari mandamus.

2. Statuimus, tam in Monasterio Ciuitatis nostræ Mōtislaconens, quam in alio Sanctæ Lucie Cornetano, vigesimum Monialium numerum non debere excedere, ita enim tenuitas reddituum utriusq; Monasterij, præscribere Nos impellit. Conuersarum verò seruientium numerum ad sex restringimus. Ideò præfenti Decreto inhibemus omnibus Abbatibus præsentibus, & futuris, sub pœna priuationis officij, & alijs arbitrio nostro imponendis, nē in posterum dictum numerum, sine nostra speciali licentia, in recipiendis Monialibus, & Conuersis excedant.

3. Proprietatis tabes ita à Monialibus excludatur, vt nulli quicquam, etiam esculentum, & minimum liceat sibi addicere, sine voti transgressione, præter pœnas grauissimas, per Nos infligendas.

4. Absq; nostra in scriptis exarata licentia, nemo colloctionis, vel alio intuitu sanctimonialium limina transcendat, sub pœna scutorum decem, carceris, ac grauiore si sapius mādara hæc nostra violabuntur. Ac licet Monialium necessitatibus aliquando compatiētes mulieres, & intra secundum consanguinitatis, vel affinitatis gradum, viros coniunctos excipimus, huiusmodi tamen à prima Dominica Aduentus, vsq; ad Natiuitatis, & à die Cinerum, vsq; ad Paschatis Resurrectionis festa, & dum in earum Ecclesia Missa Conuentualis,

uentualis, seu Diuina per soluuntur officia, nemo vtatur permissione.  
 5. Medici, Chirurghi, Tonfores, Fabri, Famuli, vel alij quicumq; cuiusuis conditionis, & gradus existant, ad Monialium seruitia ne admittantur, nisi à Nobis approbati; ijq; si quando ipsarum septa necessitate exigente, nobisq; peculiari scripto permittentibus ingrediantur, id ante Solis ortum, & post eius occasum, & absq; Comitaticibus deputatis, minime præsent. Curabitq; Abbatissa, vt ante horum ingressum, aliquot tintinnabuli pulsationibus Moniales præmoneantur, vt se se in cellas recipiant.

6. Fenestella, per quam sacre Virgines Eucharistiam sumunt, clauis firma, penes Confessarium, vel Abbatissam, asseruanda claudatur, nunquam aperienda, nisi dum Sactissimum Sacramentum ministrabitur. Qui per eam Moniales alloqui præsumserint, excommunicationem, & alias pœnas incurrere declarabimus, in hoc tamen decreto non comprehendimus Confessarios Monialium, pro tempore, futuros.

7. In domibus, seu vjs Monialium Monasterijs proximis, ne Mulieres de lenocinio, seu infamibus huiusmodi maculis suspectæ, inhabitent, neue ibidem spectacula, cantus, saltus, ludi, instrumentorum ad musicam pulsationes, & similes profanæ, atq; inanes, tam diurno, quam nocturno tempore, exercentur actiones, quæ illas à sacris officijs diuertere, aut offensionis causam possint præbere. Qui hoc ausi fuerint, trino tortorij funis tractu plectentur. Mulieres in exilium pellentur, domos personis huiusmodi locantes, scutorum viginti, & alias pœnas luent.

8. Quoad Tertiarias, seu Bizocas cuiuscumq; ordinis, seruetur Decretum sacre Congregationis Regularium super hoc editum, anno 1617. quod in omnibus, & per omnia seruari mandamus.

#### De Processionibus. Cap. XXXVII.

**L**audabilem pia Mater Ecclesia Sancti Spiritus lumine ducta, inter alios ritus, instituit, vt peculiaribus, nimirum festiuis celebritatibus ea solemnitate, debitus Deo persoluatur honor, quæ composito fideles ordine procedentes, supplices ad Deum fundant preces, idq; tum maximè præsent, quando populus manu Domini tactus, instantem Dei iram auertere, seu pro receptis à Deo muneribus, grates rependere, sacris supplicationibus est intentus.

1. Cum igitur processionis huiusmodi, vel ex consuetudine, vel

ex no-

ex nostra indictione fieri contigerit, præter ea, quæ Cæremoniali, & Rituali libro disponuntur, statuimus, vt Clerici omnes sæculares cuiusuis dignitatis, & gradus sint, quamuis exempti, Regulares item, Sodalitatumq; Confratres, qui hætenus conuenire consueuerunt, seu de iure quomodolibet tenentur, stata hora ad Ecclesiam Cathedralē, vel ad eam vnde incipit processio, congregentur, ibiq; certo loco taciti consistant, neq; per Ecclesiam vagentur, sed orationibus vacent, donec solemnī sacro peracto, suis cuiq; tribuatur procedendi locus. Qui huiusmodi processionibus interesse neglexerint, præter punctaturas solitas, si Clerici fuerint, pœna iuliorum trium, multentur; Regulares verò, qui etiam censuris compellentur, si recusent (vt in titulo de Regularibus disposuimus) aut laici Sodales, quatuor aureorum, & alias pœnas luent. Pro absentibus autem, reputabuntur ij, qui ante egressum Ecclesiæ non interfuerint, quod si hoc Regularibus contingat in funeralium processionibus, liberum erit inuitantibus, solitam dare, vel denegare cleemosinam.

2. Ecclesiarum Capita, siue ipsis absentibus, antiquiores Canonici, seu alijs digniores, curam omnem, & sollicitudinem adhibebūt, vna cum Cæremoniarum Magistro, vt processionis rectè dirigatur, siq; opus fuerit, duos, ex Clero deputabunt, qui ordini seruando diligenter assistant. Duos item Cantores eligent, quorum munus erit, hymnos, aliasue preces actioni ipsi accomodatas ritè præcinendi.

3. Quo ordine ab Ecclesia primum processerunt, eodem, ad eandem se omnes referant, ibiq; tam diu consistant, donec solemnem à Nobis, si adfuerimus, sin autem, ab alio Sacerdote benedictionem receperint.

4. Monendus præterea reliquus populus, vt sacris hæc precibus intentus, ab inanibus colloquutionibus, & risu, ceteris deniq; indecentibus actibus omninò abstineat, si pœnas pro modo culpæ infligendas, sentire nolit.

5. Laici à Clericis, Mulieres à Viris separatim omninò incedant. Mulieres autem Processionibus, quæ noctu habentur, interesse prohibemus.

6. Crucem ante processionis non permittant Ecclesiarum Capita, seu Cæremoniarum Magistri, per alios efferri, quam per Clericos, veste talari, & superpelliceo indatos, quod præcipue, per Diocesis nostræ Oppida seruari iubemus.

N

Di Fa-

**I**nter cetera pietatis opera, quibus Tobiam illum Seniore, in sacris literis, commendatum legimus, vita functorum sepultura traditio, laudabiliorem, & Deo gratiorem reddidisse comperimus. Illum sane oculorum lumine orbatum, peculiari celitus dono visum recuperasse, sacra testantur historia.

1. Hinc eos, qui omni spe temporalis lucri semota, fidelium cadauera ad Ecclesiasticos tumulos, vel perferunt, vel comitantur, spirituale recepturos lumen, habeant pro comperto. Quod si ad questus potius auiolos se se patefacientes, corpora sepulchris tradere, ante exactum a pauperibus cadauerum pretium (quod iniquissimum est, & a Nobis minime tolerandum) reuerint, hos non lateat a Nobis, excommunicationis, & scutorum viginti quinque, alijq; arbitrio nostro penis mulctandos.

2. Qui alienius Ecclesie pavimento perfracto, anullisq; lateribus, sine facultate a Nobis obtenta, defunctorum corpora sepelire presumpserit, vel mandauerit, is eandem poenam scutorum viginti quinque noverit se se incursum.

3. Non sine ingenti animi nostri dolore animaduertimus, Confratres Societatum Sæcularium, adeo tepentes eua sisse in conueniendo, ad comitandum defunctos ad Ecclesiam, ut vix post longam campanarum pulsationem; sex ad summum pueri saccis induti appareant, nullisq; adsit, qui sanctissimi Crucifixi stemma, & laternas hastatas deferat. Statuimus itaq; ut qualibet Societas, in officium electione, quotannis fieri solita, etiam triginta viros elingat, quos pietate, & viribus aptiores, minusq; negotijs detentos esse iudicauerit, qui quotiescumq; defunctos comitari per Societatem contigerit, saccis talaribus induti, binis, modesti, silentium seruantes, per se, vel alios incedant, flores præ manibus, aut quid simile indecorum, & ab ea caremonia alienum ne deferant. Inobedientes, Nobis denunciatur, ut eos a Societate expellere, & alijs penis afficere possimus. Si Confratres, defunctis tumulandis interfuerint, pauciores decem, nullam prorsus elemosinam pretendere audent.

4. Si Capitula, mortuis tumulandis interesse contigerit, Canonici, seu Clerici, non prius ab Ecclesia discedant, quam Confraternitates, ad id inuitate ibidem conuenerint, ne postea in vijs publicis indecenter expectare cogantur, donec Confratres domum defuncti accedant, corpus humanum ad Ecclesiam feretro humeris allaturi, quod

quod si aliquando, alijs quibuscumq; ex causis expectandum sit, non commorentur in via, sed ad Ecclesiam viciniorem, vsq; ad tempus opportunum conuolent.

5. Tradentes scienter Ecclesiasticæ sepulturae hæreticos, eorumq; sectatores, & defensores, incidunt in excommunicationem canonis, & absolutionis tam diu sunt incapaces, quam diu eadem cadauera proprijs manibus extumulēt, & proijciāt, sepulchra vero, quæ semel huiusmodi cadaueribus polluta fuerint, fidelium corpora in ipsis humanda recipere, non permittit Ecclesia.

6. Qui in Paschate Sanctissimam Eucharistiam sumere non curant, Ecclesiastica careant sepultura, etiam si non precedentibus monitionibus, morte fuerint præuenti.

7. Cadauera domibus non extrahantur, nisi Parocho presente, vel consentiente sub pena alias indicta ducatorum quatuor, & quam quilibet debeat in propria Parochia sepeliri, inhibemus omnibus cuiuscumq; status personis, ne sepulturas quomodolibet pro defunctis excipiendis, accommodent, sub penis arbitrio nostro, infligendis, populanum vero suum, quilibet Parochus, etiam in aliena ditione, degentem, intus sere, sacramenta ministrare, & defunctum in sua Ecclesia sepelire libere poterit.

8. Qui in Ecclesijs Regularium, vel Sodalitatum Sæcularium sepulturis humari maluerint, si sciunt, quoad quorundam cadauerum Parochis debitam, nullam præiudicium inferri, nisi ius sepeliendi, ibidem fuerint adepti, vel ipsimet defuncti inter Confratres adscripti, iuxta sacri Concilij Constitutiones, si vero, qui a Regularibus, vel Societatibus prædictis, vel alijs quibuscumq; personis, tumulos sibi pro defunctis sepeliendis, accommodari procurauerint, nullam Parochis vere debitam, auferent portionem, falsis tamen privilegij Mendicantium, quo ad eos, qui ipsis potiuntur

#### De Decimis. Cap. I.

**D**omini est terra, inquit Psaltes, & plenitudo eius, idemq; ipse est, qui parat terræ pluuia, producit in montibus fenem, & herbam frumenti hominum, impletq; aperiendo manum, omne animal benedictione. Equissimum igitur fuit, ut beneficentissimi Dei, amplissimum Dominium, homines agnoscendo, tributum eidem penderent. Atq; hinc factum est, ut Decimarum, omnium fructuum, arctissimo ipsius Domini mandato, Leuiticæ Tribui solvendarum,

Leu. 17 Num.  
18. Deutro.  
in Malach. 3.

nendarum, in lege Moysis precepta, obligatio, ad Euangelij quoque  
tempora pertineret, quando, & clarior in Ecclesia est ordo Leuiticus,  
& sacrator vnctio Sacerdotum. Præter hanc vnã causam, altera  
est, quod operarijs merces debetur. Quis enim militat stipendijs  
suis vnquam? quo circa Decimarum pensio in Ecclesia recenta est,  
vt quotquot in Vineâ Domini Sabbaoth excolêda desudant, susten-  
tationem recipiant, quiq; spiritualia seminant, carnalia, & metâr.  
Hinc igitur duplici ex titulo liquet, Decimas deberi, à quarum solu-  
tione Clerico, vel diuiti facienda; ipsi laici, vel pauperes nec eximun-  
tur. Quapropter exigendarum Decimarum, in nostra Diocesi,  
Iura conseruare volentes, omnibus cuiuscumq; sint gradus, & con-  
ditionis præcipimus, & mandamus, & mandamus, vt eas Ecclesijs, vel Ecclesiasticis  
personis debitas, per soluant integras. Contumaces autem, excom-  
municationis vinculo innodandos esse nouerint, à quo non libera-  
buntur, donec plenissimè fuerit Ecclesiæ, seu Ecclesiasticis personis  
satisfactum. Populos verò nostræ Diocesis, vbi tenuia sunt benefi-  
cia; hortamur in Domino, vt Decimas augeant, quibus congrua  
suis Parochijs paretur sustentatio. Quoniam verò eo processit ho-  
minum malitia, vt dum Decimas coguntur soluere, aut non nihil è  
iusta mensura subtrahant, aut substantiam dent vitiosam, mādamus  
Parochijs omnibus, vt in aliquo festo die celebriori, Concilij Tridē-  
tini Decretum, de soluendis Decimis, vulgari idiomate, in fine huius  
Sanctionis positum, exponant, pœnas enuncient, peccatiq; graui-  
tatem in mensura iniqua, & substantia vitio explicent. Quod maiori  
cum auctoritate, & feliciori fortè successu præstabit, si D. Augustini  
subiectam sententiam afferant in medium. Maiores nostri, inquit,  
ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo Decimas dabant, &  
Cæsari censum reddebant; modò autem, quia discessit deuotio Dei,  
accessit indictio Fisci. Nolumus partiri cum Deo Decimas, modò  
autem totum tollitur.

de ff. 25. c. 12.

2. Caueant Parochi nè in Decimis exigendis, amicis, aut propin-  
quis eas remittendo, Ecclesiæ, eiusq; Ministris, fraudi, & detrimento  
sint. Si enim in hoc negligentes, & culpabiles fuerint, certò sciant  
se se Dei, & nostram indignationem incursumos.

3. In exactione Decimarum, tam circa quantitatem, quàm circa  
personas seruetur loci consuetudo.

omne animal benedictio  
inquit D. Augustinus  
etiam peccator. Ad hoc factum est, vt Decimas vnctio  
sacramentum, & vnctio Domini mandet, & vnctio  
sacramentum

Capit-

Capitolo Duodecimo della Sessione Vigesimaquinta del Concilio di  
Trento sopra la solutione delle Decime.

**N**on si deono sopportare quelli, che con varie arti cercano  
di ritenerne, ò non pagare le Decime, che si deono alle  
Chiese, ò che temerariamente occupano, & vsurpano quelle, che  
deono pagarsi da altri, e le conuertono in vso proprio, poiche la  
solutione delle Decime è douuta à Dio, & quelli che non le vogliono  
pagare, ò impediscono, che altri non le paghino, sono vsurpatori,  
& inuafori della robba altrui. Comanda dunque il Santo Con-  
cilio à tutti di qualsiuoglia grado, ò conditione si sijnò, che sono  
obligati à pagar le Decime, che per l'auuenire le paghino intiera-  
mente à quella Cathedrale, ò à qualsiuoglia altra Chiesa, ò perfone  
alle quali legitime si debbano, & che quelli, ò che le ritengono,  
ò le vsurpano, ouero impediscono chi l'hà da pagare, si scomuni-  
chino, nè si assoluino da questo peccato, & delitto, se non doppo, che  
haueranno intieramente restituito, ò sodisfatto.

In oltre il medesimo Concilio nell'istesso Capitolo esorta tutti,  
che per carità christiana, & p' l'obligo, che hāno con i suoi Pastori, nõ  
paia loro graue di souenire largamente à laude, & honore di Dio,  
con li beni donati loro da S. D. M. quelli Vescou, & Curati, che con  
le poch'entrate loro non possono conseruare, & mantenere conue-  
nientemente, & honestamente se stessi, & le Chiese loro.

De Quassoribus Elemosinarum. Cap. L.

**P**astoralis cura Nos potissimum admonet, vt esurientes gregis  
nostri oues, tum spirituali, tum corporali reficiamus esca, idq;  
sedulo præstemus vagos quosdam, ac impudentes helluones com-  
pescendo, qui à verè indigentibus pauperibus, panem, piasq; fidelium  
subsidia præripiunt.

1. Inhibemus itaq; nè quis per Civitates, & Diocesim nostras,  
pro alijs quaesturare, aut alios, paupertatis intuitu, Populo commen-  
dare, vel Ecclesiasticorum, aut nomine piorum locorum, extra di-  
tionem nostram existentium, petere, seu exigere elemosinas, sine  
Vicarij nostri Generalis facultate præsumat.

2. Vicarij Foranei, & Ecclesiarum Capita, diligenter inuigilent,  
nè quæstores illi, qui se ex infidelium seclis, ad Catholicæ fidei veri-  
tatem conuersos effingunt pecunias, & alia ex fidelium largitate  
quæ-

quæ sita, per Canponas in exquisitorum ciborum, & lautarum mensarum ingluuie, in commestationibus, ebrietatibus, alijsq; ventris, & gulæ indulgentibus delicijs, prodigaliter effundant, aut cum lasciujs, & inhonestis consumant mulierculis.

3. Animaduertant iidem, nè per Ciuitates, & Oppida curæ nostræ subiecta vagi quidam nebulones transcurrant, qui vel falsas distribuentes imagines, reliquias, & religiosa munuscula, vel ficta prædicantes miracula, vel reuocatas, & plerumq; nondum à Sede Apostolica concessas euulgantes Indulgentias à deceptis eleemosinam extorquent fidelibus, sed huius flagitij reos compertos tutissimi carceris submittant custodiæ, super commissis testium depositiones scriptas excipiant, & negotium quamprimum integrè Nobis renuntient.

4. Non liceat Sacerdotibus, etiam Regularibus, quibus in Ecclesijs nostris sacrum facere permiserimus, eleemosinam, pro seipsum, aut alijs quibuscumq; ad Altare petere; qui non paruere, carceris per mensum, & alijs castigationibus plectetur.

*De Contractibus, & Vsuris. Cap. LI.*

1. **V**surariam prauitatem animarum pestem, papperum, & perniciem, diuino, humanoq; iure damnatam reprimere cupientes, quædam huius generis delicta, quæ frequentius in hac Diocesi committi animaduertimus, nominatim prohibenda duximus, ea tamen mente, vt si quis in alijs etiam contractibus vetitis deliquerit, penas à iure institutas in eum futurum esse certo sciat.

2. Ex mutuo, vel deposito, nihil præter sortem percipiatur à quouis homine, nec principaliter speretur, etiam si pecunia ipsa sint pupillorum, viduarum, aut locorum piorum, nisi in casibus à iure permisis.

3. Ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, nihil accipiatur, quando creditor oblatas recipit, loco, & tempore pecunias, etiam dotales sibi debitas, accipere recusauerit.

4. Non liceat cum altero ita contrahere, vt is totam pecuniam summam, ei, qui dederit soluat, cum ille partim pecuniam dederit, partim nominibus, quæ difficile exigi possint, vel in rebus plaris quæ valeant estimari.

5. Nullus rem aliquam ob dilatam solutionem, carius vendat, aut pretio à Doctoribus taxato, neq; ob anticipatam solutionem res minoris emat, nisi pretio, vel soluatari minus quam debebatur.

6. Modico pretio pignori non detur, neq; vendatur, pacto redimendi

dimendi intra certum tempus, vt si ad dictum tempus res redempta non sit, res libera sit emptoris, vel eius, qui pignori accepit.

7. Contractum, qui dicitur à godere, & godere, iam in nostra Diocesi vsitatum, penitus vsurarium declaramus. Quando scilicet ex vna parte datur pecunia, ex altera res fructifera.

8. Mutuo, nè quis det frumentum, vel id genus aliud corruptum, vt tantundem integri carioris reddatur, etiam si restitutio differatur in quodcumq; tempus debitori commodum.

9. In societate animalium, quæ inestimata alicui dantur ad custodiam, siue, vt operas præstet, omnes casus, etiam fortuiti, semper sint periculo eius, qui dederit, nisi id alterius loci dolo, vel magna negligentia, accidisse constiterit.

10. Non fiat pactum, vt fors sit semper salua, etiam ex primis festibus. Si autem animalia dentur aestimata, ita vt fors danti salua sit, nihil omnino percipi possit, & cum hic contractus, qui ad medium prodesse dicitur, si equens sit in societibus porcorum, Curati illi eliminare omnino curent, nisi tamen sint casus à iure permisi.

11. In venditionibus censuum annuorum, seruetur omnino forma præscripta à Pio V. in sua Constitutione.

12. Innouamus Constitutionem Reuerendiss. D. Episcopi Bentiuoli, quæ pena excommunicationis, ipso iure incurrenda, apposita, est Notarijs, Tabellionibus, qui instrumenta, & scripturas vsuram redolentes confecerint, & testibus, qui ipsis interfuerint, si modo contractus prauitatem agnouerint.

*De Monte Pietatis. Cap. LII.*

1. **I**N Visitatione nostra Generali, Corneti habita anno 1612, nonnulla ad rectam illius Montis Pietatis administrationem pertinentia sancimus, quæ vt ab alijs curæ nostræ subiectis inuolabiliter obseruentur, hoc nostro decreto confirmamus.

2. Addentes tamen, vt ipsorum regimini, & custodiæ id dumtaxat deputentur, de quorum fide, solertia, idoneitate, & facultatibus ad dubitari non contingat.

3. Pignora corruptioni obnoxia nè recipiantur, quæ vero admittentur, loco tuto à qualibet iniuria conseruentur, eaq; si transacto tempore, in statutis prædictis præfixo, non recuperabuntur, maioris pretij publico licitatori adjudicentur, pecunia inde prouenientes, Môtis luribus deductis, sine vlla imminutione Dominis numerentur.

4. Ultra

4. *Vltra taxam cuiuslibet Monti præscriptã, nemo exigat, qui maius extorsit, aut etiam sponte oblatum receperit lucrum, proprijs damnis, cum dedecore restituet viginti quinque scuta, Monti applicanda, luet, furtiq; pœnis subiacebit.*

*De Foro Ecclesiastico, & Cancellaria. Cap. LIII.*

*Dei. c. 17*

1. **S**tudeant illi, qui vices nostras in Ciuitatibus, & Diocesi gerunt, & pro tempore gerent, vt constituti in loco, quem elegit sibi Deus, iudicent iudicij veritatem, & præter vitam laudabilem, & conuersationem honestam, qua præluere debent, ijs quibus præsent, curæt etiam, vt omne genus auaritiæ ab Ecclesiastico foro, ita longè absit, vt in eo singularis pietas, & mansuetudo in ferendis iudicijs eluceat. Ius dicant subditis, horis eisdem commodis, causas summarias, præsertim personarum miserabilium, Ecclesiarum, piorumq; locorum, breui manu expediant, reliquas etiam causas, quam citissimè fieri poterit (re tamen bene discussa) absoluant, ac terminent. A muneribus prudentes etiam excepcantibus, & verba ipsorum subuertentibus, se abstineant.

2. Cum causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, iuxta Sacrorum Canonum, & Sacri Concilij Tridèntini Decreta, coram Ecclesiastico Iudice dumtaxat cognosci debeant, inno-uamus Constitutionem Synodalem sub Reuerendis Episcopo Bentiuolo prædecessore nostro, sancitam, præcipiendo Administratoribus Hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumcumq; nè in supradictis causis, & occasione rerum Ecclesiasticarum, seu piorum locorum, tam agendo, quam excipiendo, in iudicio, vel foro sæculari comparere, vel eidem se subijcere præsumant, sed ad nostrum Tribunal pro cõplemento Iustitiæ recurrant, alijs processibus, & acta, ac omnia inde secuta, nullius roboris, & momenti sint, & qui contrafecerint, censuris, & pœnis arbitrarijs seuerè punientur.

3. Antiquam consuetudinem, qua personæ Ecclesiasticæ, laicos reos in nostro Tribunali hucusq; conuenere, sub censuris, & pœnis arbitrio nostro infligendis seruari mandamus.

4. Si quis adeo temerarius fuerit, vt Iurisdictionem nostram impedire audeat, siuè præcepta, littèras, & madata à Nobis, & à nostra Curia emanata, quominus præsentari, aut exequi possint, & Notarios, Nuncios, & Baililos, nè officium à Nobis, & à nostra Curia inunctum obire valeant, directè, vel indirectè, per se, vel per alios impe-

impedire, perturbare, vel detinere auctoritate laicali præsumperit, sciat se, cuiuscumq; gradus, conditionis, officij, dignitatisuè exite-rit, tamquam Ecclesiasticæ libertatis violatorem excommunicationis pœnam ipso iure, aliasq; seuerissimas pœnas incurrisse.

5. Nè miserabiles personæ indefensæ remaneant, aut aduersario- rum potentia opprimantur, quando procuratores eis desunt, mandamus Vicarijs, vt de opportuna defensione, eis provideant, quam qui suscipere, absq; rationabili causa, recusauerit, inhabilis ad Ecclesiasticæ negocia tractanda, arbitrio nostro, remaneat.

6. Notarijs, seu Actuarijs nostræ Curie in ipso officij initio, se fideliter omnia peracturos, & rei veritatem, in nullis actibus, & scripturis immutatos iureiurando promittant.

7. Acta omnia, processus, scripturas, instrumenta, & alia documenta ad forum nostrum quomodolibet pertinentia, à nostris Notarijs pro tempore conscripta, vel conscribenda in posterum, in Archiuium nostri Palatii erecto, ita conseruentur, vt non liceat originales scripturas, cuiquam ex Cancellaria nostra asportandas tradere.

8. In schedulis, aut folijs dissolutis, ac separatis Notarij nostri nihil notent, sed omnia iudicij acta in codices suos referant, videlicet in libros infra scriptos.

*Actorum Ciuilium. Registri. Supplicationum.*

*Testium Ciuilium. Iurium Ecclesiasticorum.*

*Actorum Criminalium. Instrumentorum Ecclesiasticorum.*

*Querelarum. Bullarum.*

*Testium Criminalium. Fidei iussionũ, Pacis, & Præcepto-*

*Sententiarum. Sacra Inquisitionis.*

*Processuum diuersorum. Actorum in Visitatione.*

*Dammorum datorum. Omnia suis locis aptè disponendo.*

9. Taxas in alia Diocesana Synodo sub Reuerendis Episcopo Bentiuolo prædecessore nostro cõsecutas, pro Cancellaria, & Diocesi confirmamus, inuiolabiliterq; obseruari, & in calce harum Constitutionum describi mandamus. Præterea etiam approbamus taxam Cancellariae Cornetanæ, à Nobis cõsecratam.

10. Nullus ex familia nostra, in nostro foro, causam agendam, aut defendendam, sub indignationis nostræ pœna, suscipiat, neq; in ijs patrociniis, sine nostra licentia, præstet.

**I**n tremendo illo vniuersalis iudicij tribunali iustissimi Iudicis inter alia erumpent verba. Hospes eram, & collegistis me. Qui sermo in eos procul dubio dirigetur, qui peregrinantes, & aegrotos pauperes, vel in proprijs aedibus excipiunt, vel Xenodochiorum, pijs fidelium erogationibus dotatorum, seruitijs assistentes, eosdem perhumanè, benigneq; tractant.

1. Ij igitur, ad quos de iure, statuto in fundatione apposto, præscripta consuetudine, vel priuilegio, hospitalium cura pertinet, eam diligentiam adhibeant, qua diligentissimus quilibet pater familias vitur in rebus proprijs. Ac proinde prouidis, idoneis, boniq; testimonij Viris, huiusmodi committatur cura, in quos, nec leuis quidè fraudis cadat præsumptio, quiq; vigesimum quintum ætatis annum saltem excedant, ij verò in eodem officio, non vltra triennium, se perferuent.

2. Pauperes infirmos hilari admittant vultu, nec eis patientur ad valetudinem recuperandam necessaria deesse subsidia. Mulieres in distinctis à Viris non solum cubilibus, sed etiam domicilijs collocentur, earumq; cura Mulieribus honestæ vitæ committatur.

3. Exteris, vagisq; concubinarijs, falsò se coniuges infirmantibus, sacra huiusmodi hospitalia non pateant, nisi indubitabili ostenderint documentò, vel matrimoniali copula, vel primo cõsanguinitatis gradu inuicem, se coniunctos, tunc autem in eodem lecto, sine cella, cubare nè permittantur.

4. Scurra, Circulatorès, Histriones, Meretrices, publici deniq; peccatores, quiq; proxime præterito Resurrectionis Dominicæ festo, sanctissima Eucharistia refectos, scripto non docuerint testimonio, quiq; per biduum ingressi, panem illum eglestem comedere neglexerint, ab hospitalibus nostræ Diocesis penitus expellantur.

5. Qui hospitalis aedes custodit, & aegrotos, seu peregrinos recipiendi, seu alendi, coram gerit, non solum bona sibi credita fideliter tractet, sed etiam pauperibus omnia humanitatis, & Christianæ pietatis officia, proprio, benignoq; cordis affectu subministrat, caueatq; nè à pauperibus, siue in hospitalis ingressu, siue in discessu, siue aliquo tempore quicquam nè minimum quidem petant, aut exigat, aut etiam vitro oblatum accipiat, neq; cum pauperibus mendicantibus alicuius lucri pactione ineat, vt eos in hospitium admittat, siue aliud quodcumq; ex illo cõferat, alijs Ecclesiasticis iaculis transigat.

6. Xenodochiorum redditus, siue ex terris, aut alijs immobilibus, seu ex piorum elemosinis, aut alijs quomodolibet collectos, nefas sit administratoribus in rem aliam, quam in pauperum vsus, aut illius pij loci vtilitatem erogare, quod vt facilius obtineatur, non aspernandam hospitalis maioris Mõtisflaconis morem sequentes, inhibemus omnibus, & singulis hospitalium Reçtoribus, nè vllam Vicariorum nostrorum, seu Reçtorum Ecclesiarum illius loci, vbi hospitalia sunt sita, chirographo præsumant, alijs censentur de proprio donata, & hospitalis vtilitati cedent. Quod si quæ incogitata necessitas emergat, antequam sumptum aliquem aggrediantur, Nos consulant.

7. Bona vero hospitalibus, seu alijs quibuscumq; etiam Sæculariũ locis pijs quomodocumq; quæ sita, nemini distrahere, aut sub cuiuscumq; hypothecæ vinculo submittere liceat, sine Sedis Apostolicæ, vel nostro, vbi iura disponunt, præcedente assensu. Qui Decretum hoc violauerit, præter actus nullitatem, poenas à Summis Pontificibus, & iure indictas incurret.

8. Nulli hospitalium regimen quacumq; autoritate delegetur, qui prius in nostris, seu Vicariorum nostrorum manibus, se bene, fideliterq; administratorum iureiurando, coram nostro Cancellario, & testibus, non spondeat.

9. Annis singulis, & quoties Nobis expedire videbitur, hospitaliũ Reçtores, seu alij quietumq; administratores rationem reddere Nobis, seu deputatis nostris, ex Concilij Tridentini præscripto tenentur, alijs enim factæ liberationes, seu absolutiones, non suffragabuntur.

10. Qui verò tráfacto anno, vel administrationis tempore peracto debendi reus favore hospitalis deprehendetur, is similis, vel aliorum officiorum incapax tam diu censetur, donec debitum integrè persoluat, quod si vltra mensem distulerit, opportunis iuris remedijs, etiam per Ecclesiasticas censuras, ad satisfactionem compelletur.

11. Postremo piã, laudabilemq; hospitalis maioris Ciuitatis nostræ Montisflaconis, & aliorum locorum consuetudinem approbantes, statuimus, vt quæcumq; hospitalium negocia, à deputatis Congregationis per Nos erectæ, Coram Nobis, vel Vicario nostro Generali, dumtaxat habèdæ, discutiantur, & decernantur. Aliter factas resolutiones, irritas, inanes, & executione indignas declaramus.

12. Congregationes verò coram Nobis, seu Vicario nostro prædicto iuxta formam Capitulorũ, per deputatos à Generali Cõsilio

Extran. Am-  
bitiose.  
Pauli II. de  
reb. Eccl. 5.  
Cõgreg. Conc.  
per literas ad  
Episc. Viterb.  
die 20. Iann.  
1618.

sess. 22. de re-  
for. c. 9.

Vniuersitatis, & Hominum Montisfalconis, proprijs chirographis acceptatorum, & non alijs haberi mandamus, quæ ut omnibus innotescant, inferius registranda iussimus.

*De Bonis Ecclesiasticis, & aliorum piorum locorum: Cap. LV.*

Congruum est, ut qui Ecclesiarum seruitijs assistunt, proprij laboris præmium pro meritis reportent, impijssimum verò, ut ea, quæ ad Ministrorum Dei sustentationem, pauperum refectionem, diuinique cultus augmentum è fidelium largitate profuxere, quidam aternæ salutis immemores, usurpare, & proprijs profanis vsibus, varijs artibus, applicare nõ erubescant. Horum sordidæ auaritati, prout muneris nostri partes exigunt, occurrere cupientes, utq; Ecclesiarum iura quoad fieri potest custodiantur.

1. Edicimus, ac statuimus, ut Cathedralium, Collegiatarum, aliarumq; cum cura, & sine cura Ecclesiarum, & beneficiorum quorumcumq; Capitula, eorumq; Præfecti, & Rectores, Hospitalium, verò, fabricæ, aliorum piorum locorum Gubernatores, & administratores, Sanctenses, ut vocant, seu alio quocumq; nomine nuncupentur, infra trium mensium spatium, à præsentium promulgatione, qui verò Ecclesias, & beneficia prædicta in posterum obtinebunt, aut administrationem locorum supradictorum suscipiant, infra idem tempus à die adeptæ possessionis, aut administrationis respectiue susceptæ computandum, inuentarium per Notarium publicum, & confici curent, omnium, & singulorum bonorum immobilium, cum confinijs, & mensuris adnotatis, atq; mobilium, vasorum scilicet sacrorum, vestium, librorum, totius deniq; sacre suppellectilis, nec non iurium, actionum, reddituum, censuum, & proventus, quocumq; iure ad Ecclesias ipsas, Hospitalia, Fabricas, locaq; pia spectantium.

*V. s. Apoll.  
l. 33.*

2. Inuentarium huiusmodi in Archiuo, prout in titulo de Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, & ad Capitulorum præscriptis, asseruentur, quod si adhuc in aliqua Ecclesia, piouè loco, Archiuum non sit extractum, intra idem tempus omninò extrahatur; Inuentarij verò exemplum auctoritate pariter Notarij munitum, ad Nos mittatur, ut in Cathedralis Ecclesiæ Montisfalconensis, Archiuo, vel in Cancellaria Episcopali collocetur. Qui citra tempus supradictum, hoc adimplere distulerint, seu neglexerint, decem aureorum pœnam luent, & acrius arbitrato nostro, multabuntur.

3. Noue-

3. Nouerint omnes bonorum, & iurium ad Ecclesias, & pia loca spectantium usurpatores, siue quomodolibet occupatores tam diu ex Concilij Tridentini, ac Summorum Pontificum Decretis, anathemati subiaccere, quam diu usurpata, integrè restituerint, & possessores in pacifica possessione reposuerint, ac postmodum à Summo Pontifice absolutionis obtinuerint beneficium.

*sess. 22. c. 22.  
de reform.  
Bull. Cen. De  
mini.*

4. Alienationes quoq; omnes prohibentur, per donationem, venditionem, permutationem, emphiteusim, infeudationem, hypothecam, locationem, & cõductionem, ultra triennium, ac deniq; per quoduis pactum, per quod dominium, seu possessio bonorum, rerum, ac iurium Ecclesiasticorum transfertur.

*Paul. 11. in  
Extr. mag.  
Ambitiosa.*

5. Per sepe tamen contingit, ut ex Apostolica indulgentia, vel nostra permissione, ubi iura disponunt, iustis de causis alienandi facultas concedatur. Verum quia examinanda plura occurrunt, quæ non nisi ex peritorum testimonio possunt haberi, anathematis vinculo innodamus eos, qui à Nobis requisiti, veritatem subtraxerint, vel falsum deposuerint, qui etiam falsariorum pœnas dabunt, & restitutioni (si detrimentum Ecclesia patiatur) erunt obnoxij.

6. Interdicimus bonorum huiusmodi locationem, etiam ad breue tempus, consanguineis, vel affinibus vsq; ad tertium gradum, vicinæq; bona possidentibus, quod si necessitas, vel utilitas id cogat, non nisi nostra præcedenti licentia, & tunc in locationis apoca, seu contractu, terrarum quantitatem, mensuram, confiniâ, clarè delineq; designent, omnesq; describant circumstantias, quibus tutè omninò esse possit Ecclesia, sub pœna nullitatis contractus, & alijs, arbitrio nostro.

7. Si bona alienata, vel in emphiteusim concessa quomodolibet ad Ecclesiam pleno iure reuertantur, prohibemus caducitatem remitti, siq; noua locatio ex solito prætendatur nouam concessionem, seu locationem ad longum tempus, absq; auctoritate nostra factâ, irritam esse volumus.

8. Nemini Ecclesiarum, & piorum locorum bona locentur, nisi idoneum fideiussorem dederit, quando id comòde fieri potest, qui se insolidum obliget, aliâ locatio irrita censeatur. Anticipatâ solutiones à locatoribus fieri, ex Concilij Tridentini præscripto, vetamus; Qui hoc decretum non curarint, ij nullum præiudicium successoribus inferre intelligantur.

9. Publicent decretum Concilij Tridentini sess. 22. cap. 11. incipiens, si quem Clericorum, vulgari idiomate Parochi omnes, bis quolibet anno,

anno, dum populi in Ecclesia magnus est conuentus, alias pœnas grauiſſimas non euitabunt.

*De Confraternitatibus, & alijs locis, & legatis pijs. Cap. LVI.*

1. **V**tilitates plurimas, quæ ex fidelium conuentu, proueniunt, conſeruare, & pro viribus augere cupientes, edicimus, vt Confraternitates quæcumq; qualibet authoritate erectæ, quæ nullâ regulam ſequuntur, vel per Nos hæcenus non approbatas conſtitutiones retinent, infra duos meſes Nos omnino certiores reddant, vt ipsis opportunè prouidere poſſimus. Quæ verò aggregationem non obtinuerint intra ſex meſes impetrent, quam idiomate noſtro in tabella exaratam, atq; in ipſarum oratorijſ affixam, præ oculis habeant.

2. Nonnulla fancita fuere in Viſitationibus generalibus, quæ, hoc noſtro decreto innouamus, & pro firmitiori illorum robore, inferius inferi mandamus.

3. Addere tamen viſum eſt, vt ab huiusmodi Confraternitatibus ij repellantur, qui publici, atq; infamiſ ſceleris nota ſunt conſperſi, qui ob non præſtitam Præpoſitiſ in ijs, quæ ad Societatem ſpectant obedientiam, è Confratrum catalogo obliterati fuere, quiq; decimum quartum ætatis annum non compleuerint, illos tamen inter noſtrios adſcribi permittemus donec ad ætatè legitimâ perueniant.

4. In maiori hebdomada, matutina tenebrarum, non niſi ante, vel poſt decantatum in matricibus Eccleſijs, officium perſoluant, nec Miſſam ſerâ v. Cœnæ Dominicæ, abſq; noſtra licentia, in ſuis Eccleſijs, permittant celebrari.

5. Ientacula, ſeu cœnulas, quæ in maiori hebdomada, ſeu alijs ſeiuniorum diebus in oratorijſ, vel alibi, licet non ex Confraternitatis bonis, ſed ex contributo à Sodalibus Symbolo fiant, ſub ſeuera animaduerſionis pœna interdiciamus. Commellationes verò, quæ cum maximo Sodalitatum detrimento, & non ſine Dei offenſa, fieri ſignificatum eſt, inter officiales maiores in loco priuato dumtaxat ſobrè, modèſtèq; ad conſordiâ potius augendam, quam ad ventris, gulæq; indulgentiam, ſemel anno quolibet fieri permittimus; tunc autem benedictio menſæ præcedat, & gratiarum acſiones de more ſubſequantur. Non tamen Sodalitio ere, ſed inter conuiuias facta colleſta, ad honeſtas huiusmodi reſocillationes ſubminiſtrentur expèſe.

6. Teneantur omnes pijs locis Præpoſiti, infra menſem fidele,

inuen-

inuentarium legatorum, onerum, ac bonorum omnium, iurium, & acſionum cuiuſcumq; Sodalitatis, Hoſpitalis, aut alterius cuiuſlibet pij loci, illiſq; exemplum, publici Notarij manu ſubſcriptum ad Nos deferre. Fiatq; præterea tabella onerum, Miſſarum ſacrificijſ, anniuerſarijſ, aut aliâs quomodolibet perſoluendorum, eaq; conſpectu loco ſemper affixa pendeat.

7. Quæ de bonorum Eccleſiæ locationibus, & alienationibus, illorû conſeruatione, & contractibus, ſuperius ſtatuiſmus, eadem, circa Sodalitatum, Hoſpitalium, ac piorum quorumcumq; locorum, bona ſeruari mandamus.

8. Supellex, conſectio per publicum Notarium inuentario, officialibus ſucceſſiuè conſignetur, ex quo indubitanter appareat, an integra fiat ipſius reſtitutio, an verò aliquid reſtituendum remaneat.

9. Quæ Notarijſ circa legata pia, ad quos ſpectant ſignificanda inuinximus, eadem à Parochiſ, alijsq; perſoniſ, qui piam deſunctorû voluntatem, ſcripto acceperunt, ſeruari mandamus. Partes autem erunt loca pia adminiſtrantium, eorum iura, & Inſtrumeta, quibus iura innituntur diligenter conſeruandi, idq; præſtabunt facilius, ſi peculiari libro adhibito, ad piâs cauſas relicta ſucceſſiuè adnotent, adiecto tempore, ac Notario, qui teſtamentum conſcripſit, alijsq; circumſtantijſ, vt apud omnes eius rei memoria extendatur.

*De Malediciſ, & Blaſphemis. Cap. LVII.*

1. **C**um ad abolendum execrabile blaſphemiæ vitium, quod in maximum Diuini nominis, & Sanctorum contemptum ſupra modum inualuerat, publica Edicta promulgauerimus, iterum hæc noſtra, perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuiſmus, & ordinamus, vt qui blaſphemias, quæ heretum ſapiant, in Deum, Beatiffimâ Virginem, ac Sanctos protulerint, cum eis, tamquam de hæreſi ſuſpectis, pœniſ Sacrorum Canonum, & Conſtitutionem Apoſtolicarum agatur, & qui blaſphemos huiusmodi audierint, ſi Curia noſtræ patefecerint à Leone X. conceſſam annorum decem Indulgentiam conſequentur, ſin minus donec detulerint, communionem priuabuntur.

2. Qui verò non tam nefaria, ſed tamen conſumelioſa verba contra Deum, ſacriſſimam Virginem, vel Sanctos euomere præſumpſerint, in ſcutis vigintiſquinque prima vice, ſecunda duplo, tertia quadruplo mulctabuntur, & quarta in exilium pellentur. Præterea omnes

omnes supradictos blasphemus, ab ingressu Ecclesie statim interdicens.

3. Ludentes, qui socios blasphemantes quocumque modo audierint, & statim se se a ludo non retraxerint supradictam pœnam incurrant.

4. Clerici autem de hoc impudentissimo crimine conuicti, prima vice, dimidio fructuum beneficiorum, quæ habuerint, eo anno careant, secunda omnes fructus, tertia beneficia ipsa amittant, quarta ad ea retinenda, & alia impetranda inhabiles sint.

5. Omnes Christi fideles monemus, ut si quem blasphemum audierint, fraternè corripiant, & si hoc crimen publicè, & cum scandalo, vel ex prava consuetudine cernant, ad Nos deferant, ut eum pro modo culpæ corrigamus, si verò qui audierint blasphemos, eos sub eorum potestate habuerint, prima vice corrigant, secunda dimittant, & penitus eiciant.

*De Testibus Synodalibus. Cap. LVIII.*

1. **L**audabilem consuetudinem, & probatum institutum in omnibus Diocesanis Synodis, eligendi aliquos Viros integritatis fidei, qui diligenter inquirent, an aliquod publicum in Ciuitate, & Diocesi peccatum corrigendum, emendandumque sit, comperitumque ad Episcopum fideliter referant, ad hoc, ut spiritualibus egritudinibus opportuna remedia comparare possit, sequi volentes; Statuimus, ut in præfenti, & in alijs Diocesanis Synodis, eligantur sex Viri, duo in Ciuitate Falisca, duo in Ciuitate Cornetana, duo in Diocesi, qui hoc officium adimpleant, præfinito prius in manibus nostris iureiurando se nulla ratione muneris suo vnquam defuturos, eorum verò nomina in calce huius Capituli describenda erunt.

2. Inquirent autem diligenter, & exactè, non ordine iudiciario, sed à discretis personis simpliciter, & de plano queritando ea, quæ correctione indigent, quæ omnia in alia proximè sequenti Synodo in medium referent.

*Pro Ciuitate Montisflaconensis. (nem.)*

Admodum RR. DD. Fuluius Iacobutius Sacrista Cathedralis Flaconensis, Clemens Vitellius Canonicus eiusdem Cathedralis.

*Pro Ciuitate Cornetana.*

Admodum RR. DD. Franciscus Rubinus Archipresbyter S. Leonardi, Franciscus Bartolinus Curatus S. Pancratij.

*Pro*

*Pro Diocesi.*

Admodum RR. DD. Horatius Oliuerius Archipresbyter Sancti Laurentij I. V. D.

Guido Cordellius Archipresbyter Capituli Montis.

*De Iudicibus. Cap. LIX.*

**C**um, iuxta præscriptum Sacri Concilij Tridentini, quatuor saltem Viri earum qualitarum, quas idem Concilium, & Bonifacius VIII. adnotarunt, in Diocesana Synodo eligi debeant, quibus à Sede Apostolica causæ Ecclesiasticæ committi possint, eligimus infra scriptos, videlicet, duos pro Ciuitate, & Diocesi Flaconense, & alios duos pro Ciuitate Cornetana, vsque ad aliam Diocesanam Synodum, qui sunt.

*Pro Ciuitate, & Diocesi Montisflaconensis.*

Admodum RR. DD. Odoardus Ciaglia Decanus.

Cinthius Marinangelus Canonicus, & Pœnitentiarius.

*Pro Ciuitate Cornetana.*

Admodum RR. DD. Sfortia Elmus Archidiaconus,

Nicolaus Fusaiolus Præpositus.

*De Examinatoribus. Cap. LX.*

**D**ecretum Sacri Concilij Tridentini exequi volentes in constituendis in hac Diocesana Synodo Examinatoribus, qui cum Episcopo, vel Vicario, examen præficiendorum Ecclesijs Parochialibus, perficiant, deputamus inferius describendos, vsque ad aliam futuram Synodum, qui præfinito prius ab eis iuramento, iuxta eiusdem Concilij Decretum, munus hoc examinandi habeant.

Admodum RR. DD.

Odoardum Ciagiam I. V. D. Decanum Cathedralis Flaconensis, Sfortiam Elmum I. V. D. Archidiaconum Cathedralis Cornetane, Nicolaum Fusaiolum Sac. Theol. D. Præpositum eiusdem Cathedralis, Fuluium Iacobutium Sacristam Cathedralis Montisflaconensis, Mutium Porticum Canonicum eiusdem Cathedralis, Octavianum de Octavianis Canonicum Cathedralis Corneti, Laurentium Tramallum I. V. D. Canonicum eiusdem Cathedralis, Petrum Gentilem Marinangelum Canonicum Cathedralis Flaconensis, Ioannem Venturellum Canonicum eiusdem Cathedralis.

p

Hiero-

174  
 Hieronymum Guerinum Sac. Theol. D. Canonicū, & Pœnit. Cornet.  
 Lazarum Piccionium Canonicum Cathedralis Flasconenſis.  
 Cinthium Marinangelum I. V. D. Canonicum, & Pœnitentiarium  
 euſdem Cathedralis.  
 Angelum Pinerium I. V. D. Capellanum perpetuum Cathedralis  
 Montisflasconenſis.  
 Dominicum Bertoccium I. V. D. Capellanum perpetuum euſdem  
 Cathedralis.  
 Tiburtium Mattheium Sac. Theol. D. Priorem Gradularum.  
 Franciſcum Rubinū I. V. D. Archiprebyterum S. Leonardī de Corn.  
 Horatium Olinerium I. V. D. Archiprebyterum S. Laurentij.  
 Franciſcum Bartolinum Curatum S. Pancratij de Corneto.  
 Fulvium Bizzarrum I. V. D. Gradulenſem.  
 P. Iacobum Piſanellum Clericum Regularem Confeſſarium noſtrū.  
 Arthemium Vannium Sac. Theol. D. Senenſem.  
 P. Ambroſium Violam Ordinis Prædicatorū Sac. Theol. Doct.  
 Mutium Scarincium I. V. D. Clericum Perpetuum beneficiatum in  
 Cathed. Montisflasconenſi.

*De Notarijs. Cap. LXI.*

1. **A** Nimadvertant Notarij ex eorum incuria, & imperitia, plurima damna generi humano produci, ideo eos monemus, vt in confectionibus Inſtrumentorum, in examiniſus reſſu, in adnotatione actorum, in compilationibus proceſſuum, ac in omnibus pro temporum, & locorum incidētibus cauſis, eorum officio, & muneri fideliter ſatisfaciant, nē Dei, & noſtram incurrant indignationem.

*Conc. Trid.  
 ſeſſ. 22. c. 10.  
 de reform.*

2. Nullus in poſterum Notarij officium exercere in negotijs, litiſus, & cauſis Eccleſiaſticis, ac Spiritualibus audeat, niſi prius infra menſem, a noſtro examine purgatus, & approbatus ſit, nec ſine noſtra in ſcriptis obtenta licentia, ſub pœna nullitatis privilegij, & priuationis officij, & quinquaginta ſcutorum, toties quoties, a Nobis applicandorum.

3. In recipienda mercede, ſeruent taxam noſtræ Cancellariæ, conſectam a Reuerendiſs. bo. mem. Epifcopo Bentiuolo, quam hic confirmamus.

4. Nullus Notarius Iudicibus Ordinarij delegatis, arbitris, arbitratoribus; neq; parti, originales proceſſus deferat, aut det, ſed  
 eorum

175  
 eorum tantum exempla, & regiſtra fideliter collata, niſi alicuius inopia, aliud aliquando Nobis ſuaderet, neq; dent copiam ſcripturarum, ſine noſtra, vel Vicarij licentia in Cancellaria exhibitarum, ſub pœna arbitrio noſtro imponenda.

5. Legatorum piorum ab omnibus Notarijs nota conſignetur ijs de quorum intereſſe agitur, vt in capitulo de legatis pijs decretum fuit, ſub pœnis in illo contentis.

*De Synodo, euſq; Conſtitutionibus. Cap. LXII.*

1. **V** Anum eſſet leges ferre, niſi eſſent, qui eas ſeruarent, ideo cum hoc libello propoſita fuerint ea, quæ pertinent ad religionis, fidei, pietatiſq; tuendæ ſtudium, ad abuſus tollendos, ad Hereticos vitandos, ad tradenda Doctrinæ Chriſtianæ initia, ad Sacramentorum adminiſtrationem, ad reſidentiam, ad verbi Dei prædicationem, ad vitæ, morumq; integritatem, ad aliaq; in quibus Sacerdotum perfectio, populorumq; directio continetur, noſtro muneri, quam maximè conuenire viſum eſt in memoriam redigere omnibus Sacerdotibus, & Clericis, vt quæ ſuperius præſcripta ſunt, tum ipſi diligenter ſeruent, tum, vt ab vnoquoq; pro viribus ſeruentur ſedulo incumbant. Id quod, ſi præſtiterint ab ipſis conſcientiæ propriæ ſatisfactum erit, & animarum ſaluti, ad quam veluti Coadiutores Epifcopi à Deo vocati ſunt, ſalubriter proſpectum.

2. Quoties Clericis ad Synodum conueniendum erit, veſtem talarum, ſuperpelliceum, aliumq; proprium ſui ordinis, & dignitatis habitum deferant, quo in Eccleſia, & Choro, vt ſolent, neq; aliter illos Synodali conuentui, intereſſe oportebit.

3. Primo Synodi die, Sacerdotes omnes, qui aderunt ſacroſactum Miſſæ ſacrificium celebrare non prætermittant.

